Ded. 20
105

2° Ded. 105

Jesuit 105 ~~106~~

SCRIPTA EDITA

PRO

TRIVULTIIS.

COLLECTANEA RERUM PRO TRIVULTIIS SCRIPTARUM

IN CAUSSA FIDEICOMMISSI AGNATITII A COMITE JOANNE TRIVULTIO FUNDATI

DEFINITA

PER SENTENTIAM EXCELLENTISSIMI MEDIOLANI SENATUS
DIEI 28. JUNII 1697.

NOVITER SENATUS CONSULTO
DIEI 26. JUNII 1778.

IN JUDICIO GRATUITÆ REVISIONIS
CONFIRMATAM.

MEDIOLANI. MDCCLXXVIII.

TYPIS CAJETANI MOTTÆ.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

INDEX
MONUMENTORUM, QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

ARbor genealogica Gentis Trivultiæ, a J. C. & Cauf. Coll. Gaſpare Valleſio ordinata anno 1778.
Teſtamentum Comitis Joannis Trivultii diei 17. Junii 1548. receptum a Jo. Philippo Carpano Mediol. Not. pag. V.

Scripta edita ante Sententiam anni 1697.

ALLEGATIONES &c. Advocati Antonii Bendoni - - pag. 1.
SUMMARIUM eorum, quæ deducta fuerunt pro Marchione Trivultio &c. Auctore Advocato Georgio Giulino. - p. 19.
ALLEGATIONES &c. ejuſdem Giulini. - - - - p. 37.
ALLEGATIONES &c. Advocati Petri Pauli Arrigoni - - p. 56.
PRECES ACTU RELATIONIS &c. ejuſdem Giulini. - - p. 62.
TENOR SENTENTIÆ Excellentiſſimi Senatus diei 28. Junii 1697. - - - - - - - - p. 64.

MEMORIALE del Marcheſe Trivulzi umiliato a S. M. l' Imperadore Carlo VI. nell' anno 1722. - - p. 65.

Scrip-

Scripta edita ante Sententiam anni 1778.

SERIES FACTI &c. J. C., & Cauſ. Coll. Joannis Baptiſtæ Mazzucconi. - - - - - - - - p. 84.

ACTUS DUPPLICATIONUM &c. diei 21. Maji 1728. p. 105.

NOVÆ ALLEGATIONES &c. Advoc. Joſeph Antonii Martinelli p. 130.

ANIMADVERSIONES &c. Advoc. Julii Cæſaris de la Cruce p. 160.

APPENDIX AD JAM SCRIPTA &c. J. C. & C. C. Joannis Baptiſtæ Mazzucconi - - - - - - - p. 171.

NOMINA J. C. C. qui ſcripſerunt ante Sententiam anni 1697. adverſus Trivultios, & THÆSES ab ipſis propugnatæ. Auctore dicto J. C. & Advocato Martinelli p. 186.

NOMINA . VIRTUTES . HONORES . Ampliſs. Patrum qui interſuerunt Sententiis annorum 1680., & 1691. p. 195.

NOMINA . VIRTUS . GLORIA Ampliſs. PP. qui interfuerunt Sententiis ann. 1696., & 1697. Auctore J. C. & Cauſ. Coll. Gaſpare Valleſio - - - - - p. 199.

PRECES pro Trivultiis. Advocati Caroli Antonii Minalla - p. 203.

ALIÆ PRECES pro iiſdem. J. C. & Cauſ. Coll. Gaſparis Valleſii. - - - - - - - - p. 212.

OBSERVATIONES IN CONFUTATIONES &c. Advoc. Joſeph Antonii Martinelli. - - - - - - - p. 214.

RESOLUTIONES AUCTORITATUM &c. ejuſdem Advocati Martinelli. - - - - - - - - p. 219.

NOVISSIMÆ PRECES legendæ actu relationis Cauſſæ &c. Auctore eodem Advoc. Martinelli - - - p. 229.

SENTENTIA Senatus Excell. diei 26. Junii 1778. - p. 233.

TESTAMENTUM
COMITIS JOANNIS TRIVULTII
17. *Junii* 1548.

IN Nomine Domini Anno a Nativitate ejusdem millesimo quingentesimo quadragesimo octavo, Indictione sexta, die Dominico decimo septimo mensis Junii. Ego in Dei Nomine Comes Joannes Trivultius filius quondam Illustris Comitis Pauli Camilli Portæ Romanæ Parochiæ Sancti Stephani in Brolio Mediolani sanus mente, & corpore, nolens intestatus decedere, nec bona mea inordinata relinquere, hoc deliberavi facere Testamentum, quod volo valere, & tenere debere jure Testamenti nuncupativi, & si non valeret, nec teneret jure Testamenti nuncupativi, volo valere, & tenere debere jure Codicillorum, & si non valeret, & non teneret jure Codicillorum, volo valere, & tenere debere jure Donationis causâ mortis, quam facio tibi Notario infrascripto stipulanti, & recipienti nomine cuia interest, & interesse potest quomodolibet in futurum, & alias omnibus melioribus modo, jure, via, & forma, quibus magis, & melius valere potest. = Imprimis igitur volo, & ordino, quod si quæ in me illicite pervenisse reperiantur, restituantur his, quibus de jure. = Item lego, & jure institutionis, & alias omni meliori modo, jure, via, causa, & forma, quibus melius, & validius potui, & possum, Illust. Dñæ Barbaræ Stanghæ Matri meæ totum, & integrum usumfructum omnium bonorum meorum per me relinquendorum, donec vixerit, absque eo quod teneatur Inventarium facere, vel fidejubere, a quibus eam libero, & quatenus præsenti liberatione non attenta, fidejubere teneretur, volo quod infrascriptus hæres meus pro ea fidejussionem præstare teneatur, eamque matrem meam liberavi, & libero ab omni, & toto eo, quod causa cujuscumque administrationis, vel aliter quomodocumque ei peti posset, eique legavi, & lego quicquid repertum fuerit eam mihi debere tempore mei decessus, & cui meæ voluntati nolo aliquo modo contradici, aut aliquid opponi posse per infrascriptum hæredem meum sub pæna privationis hæreditatis

meæ = Item legavi, & lego Ill. D. Lauræ Gonzaghæ Uxori meæ, ultra ejus dotem, omnia ejus causa parata ac Scuta tria mille auri. Item legavi, & lego Ill. DD. Justinæ, & Damisellæ Sororibus de Trivultio Sororibus meis Scuta mille auri pro singula earum in tot bonis immobilibus, ea tamen conditione adjecta, quod ubi decederent sine filiis masculis, quod dicta bona, seu portio illius sic decedentis revertantur ad hæredem meum, prohibens ideo eorum bonorum alienationem, ut eveniente dicto casu ad dictum hæredem meum redeant. Item volo, & ordino quod singulis annis usque ad annos viginti secuturos meum decessum per infrascriptos Erogatarios meos ex redditibus bonorum meorum expendantur Scuta centum auri in maritandis tot puellis eligendis per dictos Erogatarios meos singulo anno ut supra. Item lego Joanni de lo Rosa Servitori meo, ultra alia per me ei donata, ut constat publico Instrumento rogato per D. Ludovicum de Crassis Notarium Mediolani anno, & die in eo contentis Scuta quinquaginta auri singulo anno, donec vixerit. = Item lego, & judico D. Georgio Malio Molandinum illud appellatum el Molino de Sancto Martino situm in Diocesi Laudensi ad utifruendum tantum durante ejus vita. Item lego Francisco de... dicto Sesino scuta viginti quinque singulo anno, donec vixerit. = Item lego, & judico omnibus tunc servitoribus meis, inter quos etiam compræhendantur suprascripti, quibus facta sunt dicta legata, omnes equos, & omnia Vasa argentea, quæ reperientur in hæreditate mea tempore mei decessus inter eos dividenda ad arbitrium infrascriptorum Erogatariorum meorum, vel alterius eorum. IN OMNIBUS AUTEM aliis meis bonis, salvis suprascriptis, institui, & instituo hæredem meum universalem ore meo proprio nominando nominavi, & nomino Illmum D. Joannem Jacobum Trivultium Filium Ill. Marchionis Francisci Trivultii, & ei omnibus melioribus modo, jure, via, causa, & forma quibus melius potui, & possum, substitui, & substituo ejus Ill. Domini Joannis Jacobi Filium primogenitum masculum legiptimum de legiptimo matrimonio natum, & procreatum, vel ejus primogenitum filium, si aderit, sin minus alium filium natu majorem natum post primogenitum, & successive primogenitum dicti substituti, si aderit, sin minus ut supra, & successive primogenitos usque in infi-

infinitum abſque detractione alicujus legiptimæ, vel Trebellianicæ, vel alterius quotæ partis, & ubi deficeret linea deſcendentium dicti hæredis mei inſtituti, eo caſu ſubſtituo agnatum meum maſculum legiptimum ut ſupra mihi in gradu proximiorem, & ei ſubſtituo ejus primogenitum uſque in infinitum ordine quo ſupra, & ubi nulli reperirentur Agnati maſculi, eo caſu ſubſtituo primogenitum Agnatæ mihi in gradu proximioris, cui ſubſtituo ejus primogenitum maſculum legiptimum, & de legiptimo matrimonio natum ut ſupra, & ſucceſſive in infinitum modo, & ordine quo ſupra, abſque detractione, & ut ſupra, quos tunc volo debite referendo vocari de Familia Trivultiorum, prohibuique, & prohibeo dicto hæredi meo inſtituto, & omnibus ſubſtitutis omnem alienationem, obligationem, donationem, vel translationem bonorum meorum ita ut bona mea, aut partem eorum alienare, obligare, legare, & ut ſupra non poſſint etiam in caſu cujuſcumque neceſſitatis, nec etiam per ſe ſe debite referendo redimendo, ſi captivi eſſent, neque pro dotandis aliquibus fœminis, nec aliter, quia meæ eſt intentionis firmæ, quod bona mea perpetuo remaneant in dictos inſtitutos, & ſubſtitutos ut ſupra; Inſuper etiam ordino & mando, quod dicta bona, & hæreditas mea nullo modo confiſcari poſſint, immo ſi dictus hæres meus, vel aliquis ex ſubſtitutis ut ſupra aliquid committeret, propter quod bona ejus confiſcarentur, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc ille talis ſit privatus etiam per diem, antequam tale quid committat, & tunc volo, ut proximior vocatus ſuccedat etiam quoad fructus, ubi vero talis committens rediret in gratiam Principis, volo quod bona ei reſtituantur, deductis tamen fructibus perceptis. Et ad omnem bonum finem volo, & ordino, quod dictus hæres meus antequam ſe immiſceat in hæreditate mea, teneatur facere Inventarium omnium bonorum meorum inmobilium, & illud regiſtrari facere ad officium Dominorum Gubernatorum Statutorum Mediolani, nec aliter poſſit in hæreditate, & bonis meis ſe immiſcere, immo ſi quid ommittet, privatus intelligatur, & ſit dicta hæreditate, mea, & contra hanc meam voluntatem ordino, & mando ſub eadem pæna, quod non poſſit impetrari, neque peti aliqua derogatio, neque impetrata uti. Erogatarios autem, & hujus mei Teſtamenti Executores deputavi, & deputo Ill. Comitem Fran-

Franciſcum de la Somalia, Ill. D. Gaſparem Trivultium, Ill. Comitem Joannem Firmum Trivultium, & Magnificum D. Alexandrum Caſtellioneum filium quondam Magnifici D. Pompei, & in ſolidum. Inſuper prohibeo hoc meum præſens Teſtamentum rubricari me vivente. Et de prædictis rogatum fuit per me Joannem Philippum Carpanum Notarium Mediolani notum, & cognitorem præfati Domini Teſtatoris, ut publicum conficiam Inſtrumentum, unum, & plura ejuſdem tenoris etiam explendo de capitulo in capitulum, ſi opus fuerit = Actum in Domo habitationis præfati Ill. D. Teſtatoris ſita ut ſupra præſentibus D. Andrea de Burſis filio D. Joannis Antonii Portæ Romanæ Parochiæ Sancti Stephani in Brolio, & D. Sthephano Bucca filio quondam Magnifici D. Bernardini Portæ Romanæ Parochiæ Sancti Nazarii in Brolio Mediolani Notariis, & Pronotariis, ac notis, & cognitoribus præfati Teſtatoris. Teſtes Magnificus Juris utriuſque Doctor D. Franciſcus Landrianus filius quondam Magnifici D. Thomæ Portæ Novæ Parochiæ Sancti Bartholomei intus Mediolani, D. Joannes Andreas Marcellinus filius quondam D. Aloyſii habitator Modoetiæ, Vermondinus de Pirovano filius quondam Joannis Antonii Portæ Vercellinæ Parochiæ Sancti Victoris ad Theatrum Mediolani, D. Præsbyter Camillus de Mutiis filius quondam D. Bernardi habitans in Domibus Eccleſiæ S. Antonii Mediolani omnes noti, & cognitores præfati Ill. D. Teſtatoris, & Baptiſta de Albertis filius Joannis Portæ Novæ Parochiæ Sancti Bartholomei ſupraſcripti, omnes idonei, vocati, & rogati.

Subſcript. cum ſigno Tabellionatus antepoſito = Ego Joannes Philippus Carpanus filius quondam Dñi Joannis Antonii Portæ Vercellinæ Parochiæ Sancti Victoris ad Theatrum Mediolani publicus imperiali Auctoritate Notarius rogatus confeci, & ſubſcripſi, & atteſtor in Imbreviatura adeſſe ſubſcriptiones ex forma Statutorum Mediolani requiſitas, & eas vidiſſe fieri.

SCRIPTA EDITA
PRO
TRIVULTIIS
ANTE SENTENTIAM DIEI 28. JUNII 1697.

PRO
D. Marchione Alexandro Trivultio
CUM
D. Capitaneo Don Theodoro alias Carolo Trivultio.

ADSIT DEUS.

1 OLim Comes Joannes Trivultius in suo postremo Testamento condito anno 1548. suum hæredem universalem instituit D. Joannem Jacobum Trivultium filium Jo. Francisci Marchionis Viglevani, cui substituit *filium ejusdem primogenitum masculum legitimum, & de legitimo matrimonio procreatum, vel ejus primogeniti filium, si aderit; sin minus alium filium natu majorem post primogenitum, & successivè primogenitum dicti substituti, si aderit, sin minus ut supra, & successivè primogenitos usque in infinitum absque detractione alicujus legitimæ, & Trebellianicæ.*

2 Postea vero prævidens Testator humanarum rerum vicissitudinem, providit casum, quo linea descendentium dicti hæredis instituti deficeret, & substituit Agnatum masculum ut sequitur.

3 *Et ubi deficeret linea descendentium dicti hæredis mei instituti, eo casu substituo Agnatum meum masculum legitimum ut supra mihi in gradu proximiorem, & ei substituo primogenitum usque in infinitum ordine quo supra.*

4 Ubi vero succederet casus, quo nulli reperirentur Agnati masculi, eo casu substituit primogenitum Agnatæ sibi proximioris, = ibi = *& ubi nulli reperiretur Agnatis masculi, eo casu substituo primogenitum Agnatæ mihi in gradu proximioris, cui substituo ejus primogenitum masculum legitimum, & de legitimo matrimonio natum ut supra, & successivè in infinitum modo, & ordino quo supra.*

5 Defecit dictus Jo: Jacobus primus hæres institutus ex ejusdem linea; Unde dictum fideicommissum primogeniale transitum fecit primo ad Jo: Franciscum Patrem dicti hæredis, deinde ad Comitem Jo: Jacobum nuncupatum Theodorum Atavum Principis Don Antonii Theodori ultimo defuncti, ex cujus Jo: Jacobi linea superest D. Marchio Alexander Trivultius de-

scen-

scendens a D. Paulo Alexandro, filio legitimato ejusdem Co. Jo: Jacobi.

6 Ex deficientia dicti Principis absque descendentibus nunc agit ad dictum primogenium dictus D. Marchio Alexander, & itidem agit dictus Don Theodorus, aliàs Don Carolus Capitaneus Trivultius, uti Agnatus ejusdem Testatoris.

7 Agunt etiam DD. Gallii, & Estenses uti descendentes a foeminis Agnatis.

8 Sed, cum præcipua quæstio nunc sit inter ipsum D. Marchionem, & dictum D. Capitaneum Don Carolum, videndum est, quis ex his meliora arma induat ad vocationem in dicto fideicommisso: respectu enim DD. Galliorum, & Estensium, ea omnia, quæ contra D. Capitaneum proponuntur, contra eosdem DD. Gallios, & Estenses juvant, & superato D. Capitaneo, vix est dubium, quin non remaneant alii exclusi per D. Marchionem, ut suo loco evidenter probabitur.

9 Re autem pœnitus perpensa, eminet victoria ex infra dicendis pro dicto D. Marchione.

10 Quoniam, cum ipse sit de linea dicti Comitis Jo: Jacobi, in qua ingressum est dictum fideicommissum primogeniale; juris est firma conclusio non fieri transitum ad aliam lineam, nisi ea, in qua semel est ingressum primogenium, fuerit omnino expleta, ut post antiquiores pro indubitato tradiderunt aliis relatis *Carolus Antonius de Luca de linea legali artic.* 8. *n.* 46. *usque ad n.* 54., *Fontanel. decis.* 34. *per totam*, *Eminentissimus de Luca de fideicom. disc.* 2. *n.* 4., *Castill. contr. lib.* 5. *cap.* 93. *n.* 4., *Molin. de primogen. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 14.

11 Habet igitur D. Marchio fundatam intentionem, ut secundum juris regulas primogenium continuare debeat in ejus persona, quia est de linea dicti Comitis Jo: Jacobi, non autem admittendus sit D. Don Carolus, qui non est de ea linea, nec uti Agnatus potest nunc dici invitatus ex infra dicendis.

12 Verum, quia objectio contra D. Marchionem potissima, sistit in eo, quod ipse descendat a dicto D. Paulo Alexandro legitimato per rescriptum, itaque non habeat qualitates requisitas a Testatore; qua in specie non habetur in consideratione prærogativa lineæ *Eminentiss. de Luca de fideicom. disc.* 15. *num.* 8., idcirco ponderanda est ipsius Testatoris dispositio, ut aperte ostendatur dictum D. Marchionem, non obstante hac exceptione, habere duplicem vocationem ad exclusionem D. Capitanei; quia vocati sunt primogeniti in infinitum, inter quos & ipse connumeratur ex continuata repetitione de gradu in gradum oneris primogenialis *Fusar. de substit. q.* 390. *num.* 2. *Peregrin. de fideicom. artic.* 13. *num.* 86., & quia, ubi adhuc agnationis gradus considerandus sit, quamvis ultra decimum, ut contenditur per D. Capitaneum, cum positi sint in conditione negativa omnes Agnati proximiores, antequam admittantur Agnati remotiores, ipse uti proximior admitti debet.

13

13 Prima igitur vocatio facile probatur, quia deficiente linea descendentium Jo: Jacobi hæredis instituti substituit Agnatum suum masculum legitimum sibi in gradu proximiorem; hicque casus evenit, nam deficiente linea dicti hæredis devenit primogenium ad Marchionem Jo: Franciscum Patrem dicti Jo: Jacobi, & exindè ad Comitem Jo: Jacobum, a quo procedit D. Marchio Alexander; cum itaque Testator fecerit substitutionem Agnato, non qualificative substituit primogenitum legitimum, sed simpliciter primogenitum = ibi = *& ubi deficeret linea descendentium dicti hæredis mei instituti, eo casu substituo Agnatum meum masculum legitimum ut supra mihi in gradu proximiorem, & ei substituo primogenitum usque in infinitum ordine quo supra*, supra autem Testator post filium primogenitum non vocavit alios descendentes primogenitos cum qualitate legitimitatis, quod valde observandum est, dum post filium primogenitum legitimum, alios primogenitos vocavit indistinctè absque alia qualitate legitimitatis; quamvis etiam, ut mox demonstrabitur, hæc clausula *ut supra* referenda sit ad ordinem, & modum succedendi, non ad qualitatem personarum. Quare, si Testator non nisi primo Agnato, qui succedere debuit in defectum lineæ ejusdem hæredis adjecit qualitatem legitimitatis, nulla ratio suadet, ut eandem qualitatem repetamus in aliis primogenitis substitutis, si eam qualitatem Testator omisit; cum enim agitur de repetitione hujusmodi qualitatum, nil magis brocardicum in jure dari potest ob varias Scribentium sententias, quam repetitionis articulus, ubi nulla possit desumi Testatoris certa voluntas, ut observat *Hieronymus Palma junior in allegatione 62. n. 13.*, & colligi potest ex tot ampliationibus, limitationibus, & sublimitationibus, quas refert *Fusar. quæst. 403.*, *Peregrin. de fideic. artic. 25. n. 28.*, *Carena resol. 237. n. p.*; propterea ex magis crebriori Neotericorum sententia, ubi evidenter non constat de voluntate Testatoris, semper fit in dubio interpretatio contra repetitionem *Altograd. cons. 83. n. 75. lib. 2. Cyriac. controv. 269. n. 57.*, *Gabriel. cons. 97 sub n. 28. vol. pr.*, *Molin de primogen. lib. 3. cap. 5. n 56.*, *& num. 59.*, *Peregrin. de fideicom. artic. 16. n. 10.*, sive quia censetur Testator eam repetitionem omisisse consultò, quia, ubi voluit exprimere in certis gradibus, optimè scivit exprimere, itaut, ubi noluit, censendum sit consultò omisisse, & noluisse argumento textus *in l. unica §. sin autem C. de cad. tollendis*, *Hieronymus Palma d. alleg. 62. n. 14. Mantica de conject. ultim volun lib. 11. tit. 13. n. 10.*, *Molin. de Hisp primogen. lib. 3. cap. 5. n. 56*, *Casanat. cons. 6. n. 28. Fusar. cons. 66 n. 7.*, & cum ratione; nam Testator in hac dispositione consideravit qualitatem legitimitatis non nisi in formatione, & erectione ipsius primogenii, & non ultra, dum non erat eadem ratio in substitutis, qui, cum sint remotioris, & longinquioris gradus, in eis non urgebat ratio abominationis

2 pro-

prolis illegitimæ, quanta potest considerari a Testatore in erectione ipsius primogenii, tam in linea hæredis vocando illius primogenitum legitimum, quam in linea Agnati vocando eundem legitimum, ut in simili observatum fuit per *Rotam coram Ottobono decis.* 252. *n.* 7. *Giovagn. cons.* 21. *n.* 73. *lib. pr.*, & aliis relatis per *Urceol. contr.* 57. *n.* 33.

14. Satis vero est absque necessitate introducendi hanc repetitionem, ut sustineatur voluntas Testatoris in obtinenda qualitate legitimitatis in gradu, ubi eam voluit expresse; dum enim instituit hæredem volens erigere primogenium in ejus linea, substituit eidem hæredi primogenitum cum qualitate legitimitatis; post eum vero considerans explicite alios primogenitos, quod successive vocaverat, nunquam iis adjecit hanc qualitatem legitimitatis, quamvis vocaverit primogenitos in infinitum, unde hæc distinctio loquendi in differentibus gradibus excludit ipsam repetitionem qualitatum, cum de jure suppletiones in testamentis fieri prohibeantur, quia scriptura testamenti servanda est *l. fin. ff. de manum. testam. Bald. cons.* 232. *ult. col. vol.* 5., *Menoch. cons.* 327. *n.* 38. nisi necessitas urgeat *Peregrin. cons.* 54. *n.* 18. *lib.* 2., ubi multo magis denegatur suppletio, & repetitio, quando agitur de excludenda persona ex vi nominis compræhensa.

15. Adeoque hoc confirmatur ut si legitimati adfuissent descendentes a filio legitimo Jo: Jacobi primi hæredis instituti, censerentur absolute vocati sub nomine primogenitorum, & sub vocatione descendentium ejusdem hæredis, dum Testator indistincte posuit in conditione universam lineam descendentium dicti hæredis, antequam vocaverit agnatos = ibi = *& ubi deficeret linea descendentium dicti hæredis mei instituti, eo casu substituo Agnatum*; ambigi autem nequit, quod sub nomine descendentium intelligantur vocati legitimati *Fusar. quæst.* 315. *n. pr.*, *Peregrin. de fideicom. artic.* 23. *n.* 26. quidquid contrarium servetur in Terris Ecclesiæ, & in dominio Veneto, ut observat *Peregrin. ibidem n.* 23., & quod plus est, venirent ipsi naturales, ubi non fuisset contemplata agnatio *Fusar. quæst.* 314. *num.* 3.

16. Postea vero Testator considerans defectum prædictæ lineæ descendentium a dicto hærede instituto, volens aliud primogenium errigere in Agnato, exegit quidem qualitatem legitimitatis in eodem Agnato, sed non ultra progressus est in aliis posterioribus gradibus; nam post ipsum Agnatum vocatum cum qualitate legitimitatis eidem substituit primogenitum absque alia qualitate non alia ratione, quia posteaquam primogenium erat ingressum in lineam Agnati, contemplavit quod agnatio conservabatur per primogenitum etiam legitimatum ut supra. Unde diversimodè Testator dispofuit in ingressu lineæ, aliud in progressu ejusdem lineæ *Rota coram Ottobono d. decis.* 252. *n.* 9. *cum seq.*, *Valenzuel. cons.* 97. *n.* 78.

Hoc-

17 Hocque assumptum magis clarescit, cum illico idem Testator subdit, *& ubi nulli reperirentur Agnati masculi, eo casu substituo primogenitum Agnatæ mihi in gradu proximioris*, non jam dicens ubi nulli reperirentur Agnati masculi legitimi, sed simpliciter Agnati masculi, ut facilè fuisset eam qualitatem legitimitatis adjicere, sicuti adjecit qualitatem masculinam, ut observant Scribentes in deneganda repetitione hujusmodi qualitatis, quando Testator unam ex qualitatibus repetiit, & alteram omisit in uno gradu, & in aliis de dicta qualitate mentionem fecit; nam si aliud in dictis gradibus sensisset, ita etiam eam expressisset *Casanat. d. cons. 6. n.* 18., *&* 41., *Decian. cons. prim. n.* 130. *vol.* 2., ubi, sicuti Testator repetiit in eo gradu masculinitatem; ita, si voluisset, in aliis expressisset legitimitatem *Molin. de primogen. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 56. 58., ubi probat, quod in Majoratibus qualitates, & conditiones adhibitæ in uno gradu, in alio non repetuntur, & in qualitate legitimitatis probat *Socin. sen. cons.* 63. *n.* 19. *versic. considerandum vol.* 3. *Ruin. cons.* 161. *n.* 19. 20. *vol.* 2. *Decian. cons.* 33. *n.* 45. *vol.* 3. *Leon. decis. Valent.* 93. *n.* 26., *& seq.*

18 Retenta igitur diversitate gradus, & retenta diversitate rationis, qua in posterioribus primogenitis descendentibus ab Agnato non exegerit hanc qualitatem, agnatio enim conservabatur etiam per legitimatum, cessat omnis præsumpta repetitio, quæ cessat, quando inter unum, & alium gradum concurrit probabilis ratio diversitatis *Mantica de conject. lib.* 6. *tit.* 13. *n.* 8., *Peregr. de fideic. art.* 16. *n.* 34. Addens ad *Burat. decis.* 272. *num.* 19., *Hieronym. Palma d. alleg.* 62. *n.* 56.

19 Non turbant autem hoc assumptum objecta, quæ proponuntur in contrarium.

20 Primum enim, quod Testator post Agnatos masculos substituerit primogenitum Agnatæ; Unde simpliciter vocando primogenitum ex fœmina censetur vocasse legitimum *Molin. de primogen. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 34., ubi quando ponuntur in conditione filii ex fœmina, semper fit interpretatio, quod Testator senserit de legitimis, quia non videtur verisimile Testatorem sensisse ex filia fore procreandos filios naturales; Unde si in una parte vocando primogenitum simpliciter, censetur vocasse legitimum, idem dicendum sit in alia parte argumento *text. in l. qui filiabus ff. de leg. pr.*, & signanter quod positis in conditione filiis ex fœmina, quia censentur cum qualitate legitimitatis, in dispositione masculorum *Molin. ibidem dict. num.* 34., *& seq.*

21 Nam respondetur, quod ex diversitate rationis, & ex diversitate personarum cessat argumentatio *Casanat. dict. cons.* 6. *n.* 18., *Molin. de primogen. d. lib.* 3. *cap.* 5. *ante n.* 57., *Mantic. lib.* 6. *tit.* 13. *n.* 18.

22 Eatenùs enim Testator non exprimit in casu descendentium ex fœmina, qualitatem legitimitatis, quia est casus specialis, ut

 abs-

absque expressione censeatur vocasse legitimum, ne introducatur absurdum quod Testator senserit de illegitimis descendentibus a filia, & sanè indignum fuisset, quod Testator poneret in conditione filios legitimos descendentes a fœminis, quasi præsupponeret delictum in ipsa filia, *Decian. cons.* 425. *n.* 7., *Fusar. quæst.* 406. *n.* 39., quod secus observatur in dispositionibus, & conditionibus masculorum, in quibus Testator substituendo simpliciter masculos, nulla urget ratio specialis, ut intelligatur de legitimis. Unde ab uno casu speciali non debet fieri argumentatio ad alium casum, qui non habet eandem specialem rationem *Menoch. cons.* 111. *n.* 26., *Decian. cons.* 12. *n.* 45. *versic. item qualitas, & cons.* 12. *n.* 37. *lib. pr.*, *Honded. cons.* 57. *n.* 34. *lib. prim.*, *Ferentil. ad Burat. decis.* 282. *num.* 19. 23.

23 Nec obtinet locum regula textus in *d. l. qui filiabus*, quia procedit in solo casu, quo eadem est ratio in utroque casu, secus vero quando militat diversa ratio, tunc enim potius obstat contraria *text. in l. unic. §. sin autem C. de cad. tollendis*, *Decian. cons.* 480. *n.* 4., *Casanat. cons.* 17. *sub n.* 7., *Gabriel. cons.* 97. *col. pr. lib. pr.*

24 Minus obstat *Molin. de primogen. d. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 34., quia ibi nititur auctoritati *Socin. cons.* 249. *lib. prim.*, *& Albæ cons.* 29. *n.* 7., qui nihil de hac materia dicunt, propterea observandum est, quod ibi Auctor ponit casum, in quo Testator dispositivè vocat filios masculi, & fœminæ sub eadem oratione, & in eodem gradu, & in eodem genere personarum, nempe filiorum ipsius Testatoris; Unde tunc determinatio Testatoris determinat æqualiter totam dispositionem, ut explicat *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *cap.* 79. *n.* 32. 33. Verum non applicatur hæc ratio huic dispositioni, cum diversus sit gradus, & diversum genus personarum, qua in specie una determinatio non potest referri ad diversas dispositiones, nec potest fieri repetitio ejusdem qualitatis, quia diversæ sunt personæ *Hod. contr.* 33. *n.* 12. *& seq.*

25 Secundum objectum versatur in eo quod Testator substituerit filio primogenitæ primogenitum masculum legitimum, & de legitimo matrimonio natum *ut supra*; Unde ex hac clausula, quæ refertur ad supra expressos, videtur Testatorem sensisse semper de primogenitis legitimis, & de legitimo matrimonio natis, etiam in gradibus præcedentibus.

26 Verum, cum Testator in gradibus separatis, & distinctis supra requisiverit qualitatem legitimatis, utique hæc relatio non debet fieri ad omnes gradus supra expressos simultaneè, sed ad qualitatem expressam, juxta gradum, in quo exprimitur, & non ultra cum relatio specificè fiat juxta ordinem, & modum quo supra ibi, *& successivè in infinitum modo, & ordine quo supra*, quia nempe Testator in unaquaque substitutione consideraverat infinitatem, & ordinem succedendi, nempe de primogenito

to in primogenitum, non cum absoluta qualitate legitimitatis in omnibus gradibus, sed solum in quibusdam, nempe in creatione primogenii in linea hæredis, & in linea Agnati, non autem in progressu eorundem primogenitorum, in quibus ultra primum gradum non requisivit hanc qualitatem, idcirco in puncto hujus clausulæ *modo, & ordine quo supra* appositæ in hoc testamento voluit *Collegium Ticinense* eas non referri ad personas seu ad illarum qualitates, sed ad modum succedendi per primogenium in infinitum, ut habetur in responso ejusdem Collegii in consiliis pro Trivultiis n. 187. 188. 189. 190.

27 Sique etiam referatur ad qualitates, debet harum qualitatum relatio fieri ad singulos gradus discretivè, ubi nempe ipsius legitimitatis facta est expressio, & non ultra, cum natura relationis sit, ut eatenùs operetur, quatenus in relato reperiatur juxta notata *in l. Stichum ff. de leg.* 1. *l siquidem C. de exceptionibus, Casanat. cons.* 50. *n.* 12, cum vero in relato duplex sit genus personarum, & graduum, scilicet personarum, & graduum, quibus Testator adjecit qualitatem legitimitatis, & aliarum personarum, & graduum, quibus Testator non adjecit hanc qualitatem, non est accipienda hæc relatio in sensu composito, sed in sensu diviso, ut explicat *Casanat. d. cons.* 50. *n.* 15., quin etiam non potest verè dici, quod stet relative ad qualitates supra expressas, sed solum demonstrative videlicet quod Testator vocabat primogenitum cum qualitate legitimitatis, quia supra in aliqua parte vocaverat primogenitum legitimum, quemadmodum contingit quando Testator substituit Titium masculum legitimum, hæc qualitas dicitur stare demonstrative, non qualificative *Ruin. cons.* 63. *col. ult. lib.* 2., ab iis autem, quæ demonstrationis causa dicta sunt in uno casu, non est facienda argumentatio ad determinationem alterius casus, quia est simplex determinatio *Bartol. in l. final. §. Titia ff. de lib. leg.*, sicut non fit relatio ad ea, quæ demonstrationis gratia dicta sunt *Peregrin. dict. cons.* 54. *n.* 11. *lib.* 2.

28 Testator ergo in hac qualificatione primogeniti legitimi descendentis a primogenito Agnatæ quamvis dixerit primogenitum legitimum ut supra non præsupposuit vocasse supra omnes primogenitos cum qualitate legitimitatis, sed vix intelligitur voluisse exprimere qualitatem legitimitatis, ut jam supra in aliquibus gradibus expresserat; hæc enim præsuppositio legitimitatis pernecesse non potest referri ad omnes gradus supra vocatos, sed solum ad eos, quibus adjecta est dicta qualitas legitimitatis, & sane hoc argumentum non sustinetur, quamvis enim a præcedentibus sumatur argumentum ad sequentia, non tamen currit a sequentibus, nam præcedentia influunt quidem ad sequentia naturaliter, non e contra *l. quisquis ff. de leg.* 3., *& ibi Bartol.*, ac ideo a sequentibus non deducitur repetitio *Peregrin. d. cons.* 54. *num.* 22. *lib.* 2., *& artic.* 16. *num.* 5.

29 Sique opponatur ex eadem ratione, qua Teſtator in filiis Agnatæ requiſivit hanc legitimitatem, ex eodem ſenſu cenſeri volitam a Teſtatore in primogenitis ex Agnato.

30 Reſpondetur ex diveſitate diſpoſitionis non poſſe fieri hanc illationem; nam in deſcendentibus ab Agnatis præter primum gradum, ideo præſumitur Teſtator noluiſſe hanc qualitatem, quia conſervabatur primogenium, etiam cum qualitate agnationis ab ipſis legitimatis, dum vero fit tranſitus ad filium Agnatæ, cum non amplius conſideraverit hanc conſervationem primogenii in Agnatis, voluit ut primogeniti, & deſcendentes ab Agnata eſſent de legitimo matrimonio, cum magis proprium ſit, & ſecundum mentem Teſtatoris, ut deſcendentes a fœminis habeant hanc qualitatem, quam ſicuti cenſetur voluiſſe in filiis immediate procedentibus ab ipſa fœmina; ita etiam voluiſſe cenſendum eſt in omnibus deſcendentibus ab eadem fœmina, quia cum primogenium jam habuiſſet exordium a fœmina, ſicuti deficientibus maſculis legitimis futurum erat, ut reverteretur ad fœminam deſcendentem, & ex hac iterum ad maſculos, omnino fuit decens, ut ſemper poſt ipſam Agnatam cenſerentur invitati maſculi de legitimo matrimonio, quæ ratio prorſus ceſſat in filiis deſcendentibus ab Agnatis, & ex hac diverſitate perſonarum, & rationis excluditur illatio ab una ad aliam diſpoſitionem, *Franciſcus Palma conſult.* 3. *n.* 10. *Caſanat. conſ.* 17. *n.* 7., *&* 11., ubi præter alios jam relatos oſtendunt plene ex diverſitate perſonarum, & rationis ceſſare hanc argumentationem de una parte ad aliam; ſive ergo accipiatur hæc diſpoſitio in caſu primogeniti ab Agnata per viam repetitionis, ſive per modum extenſionis, ſeu declarationis, quæ inter ſe ſunt diverſa, ut explicat *Caſan. d. conſ.* 17. *n.* 29. nihil influit diſpoſitio in caſu Agnatæ ad caſus præcedentes diſpoſitos favore Agnati, & ejus primogenitorum.

31 Non in viam repetitionis, quæ tunc proponitur, quando in una parte fuit ommiſſa qualitas, quæ in alia parte fuit adjecta, ut in hoc caſu reſpectu legitimitatis adjectæ in uno gradu, & in altero omiſſæ, quia hæc ceſſat ex jam ſupra allegatis.

32 Non in viam extenſionis, quia hæc non datur ad qualitates omiſſas de perſona ad perſonam, quando evidenter non conſtat de voluntate Teſtatoris, & ceſſat abſurdum, ac inconveniens, quod poſſet introduci, ubi non daretur extenſio *Fuſar. quæſt.* 438. *per totam*.

33 Non in viam declarationis, quoniam declaratione facta in una parte, in qua concurrit diverſa ratio, non poteſt induci declaratio ad aliam partem, in qua non adeſt neceſſitas introducendi eandem declarationem ex diverſitate rationis *Fuſar. quæſt.* 450. *n.* 4., & ex aliis, quæ jam allegata ſunt ad limitationem *text. in d. l. qui filiabus*.

34 Nec obſtat tertium objectum, quod agatur de primogenio, cujus natura eſt, ut conſervetur in perſonis, & deſcendentibus le-

legitimis; nam quidquid sit de conflictatione, quæ fit inter Scribentes, num legitimatus excludat substitutum, quando Testator posuit in conditione filios legitimos, & de legitimo matrimonio natos, de qua apud *Molin. de primogen. lib. 3. cap. 3. n. 3.* Non versamur nunc in hac quæstione, sed in casu, quo Testator vocans Agnatum ei substituit primogenitum simpliciter, qua in specie sufficit, quod de tempore evenientis conditionis adsit primogenitus legitimus, & de legitimo matrimonio natus, quamvis descendat a naturali, quia ipse filius legitimus, & de legitimo matrimonio nullam habeat maculam, quam considerant Doctores in persona succedentis in fideicommisso, non in præcedentibus gradibus *Bald. cons. 146. num. 5. lib. 5., Spada cons. 302. n. 9., Urceol. consult. 57. n. 23. 24., Altograd. cons. 93. n. 30. 31. lib. 2., Giovagnon. cons. 59. n. 57.,* ubi tradunt, quod quoties agitur de succedendo virtute substitutionis fideicommissariæ, sufficit in successore habilitas de tempore evenientis conditionis, etiamsi proveniat a radice infecta, seu a persona inhabili, & maxime cum Testator clare exegerit habilitatem, & capacitatem in tempore evenientis conditionis dumtaxat, ut ostendunt ea verba, *& ubi deficeret linea descendentium dicti hæredis mei instituti, eo casu substituo Agnatum meum masculum legitimum,* & inferius, *ubi nulli reperientur Agnati, eo casu substituo primogenitum Agnatæ*, illa enim dictio *eo casu* non semel repetita denotat tempus, quo dispositio operari debet, & tunc sufficit, quod concurrant qualitates a Testatore requisitæ, ut in terminis hujus dispositionis sustinuit Collegium Ticinense *in resp. pro Trivultiis n. 13., & seq., Bolognet. in consil. pro eisdem num. 94.*

35 Et licet resistere videantur *text. in l. si viva Matre C. de bonis maternis*, ubi successor nequit esse melioris conditionis ipsius auctore, & *text. in l. fin. C. de naturalibus liberis*, ubi nepos legitimus ex filio illegitimo excluditur a successione Avi ab intestato defuncti; tamen quo ad dispositionem *l. si viva Matre* limitant primo in casu, quo non est eadem ratio exclusionis in descendentibus, quæ erat in eorum Auctore. Plene *Castill. aliis relatis controvers. lib. 2. cap. 4. n. 109., Peregrin. de fideicom. art. 18. n. 32., Larea decis. 34. n. 58.*

36 Secundo in casu, quo descendens non succedit ex jure personæ exclusæ, sed ex propria habilitate, & capacitate ad succedendum *Marta de success. legali par. 2. quæst. 4. artic. 5. n. 25., Larea d. decis. 34. n. 34. & 59.*

37 Quo vero ad dispositionem textus in *d. l. ult. C. de naturalibus liberis*, primo respondetur dispositionem dictæ legis restringi ad successionem ab intestato, non ex testamento, in quo descendens habet præcisam vocationem juxta communem distinctionem, de qua *Mantica de conject. lib. 8. tit. 18. n. 73.*

38 Tertio respondetur dictam legem procedere, quando nepos descendit a naturali, non a legitimato; nam ratio illius legis est, quia

quia cum nepos non agnoſcatur Avo ob vitium illegitimitatis Patris, qui eſt naturalis, ſi nepos deſcendat a legitimato, qui verè efficitur Agnatus, ſequitur, ut nepos agnoſcatur Avo, ideoque, quòd diſponitur in hac lege ultima de nepote deſcendente a filio naturali, non procedat in deſcendente a legitimato, ut communiſſima eſt Scribentium ſententia *Cyriac. contr.* 206. *n.* 41.

39 Venit ergo D. Marchio ad hoc primogenium uti vocatus ex perſona propria, non jure ejuſdem Atavi, cum quilibet dicatur vocatus in fideicommiſſo, & in primogenio ex perſona propria *Andreol. contr.* 149. *n.* 9.

40 Deſcendit vero etiam non a naturali ſimpliciter, ſed a D. Paulo Alexandro pleniſſimè legitimato; qua in ſpecie deſcendens a legitimato eſt multo melioris conditionis *Andreol. contr.* 150. *n.* 20., *Cyriac. contr.* 208. *n.* 1.

41 Hinc etiam tollitur objectum, quod communiter afferri ſolet in hujuſmodi articulo, quod nempe videatur monſtruoſum, ut poſſit ſuccedere nepos, ſeu pronepos per ſaltum, quando alias, ſi caſus eveniſſet tempore D. Pauli Alexandri ipſe remanſiſſet excluſus; nam primo reſpondetur hanc ponderationem habere locum in ſucceſſionibus ab inteſtato, non in ſucceſſione teſtamentaria, in qua veniens quiſque ex vocatis agit ad ſucceſſionem ex perſona propria *Actolin. reſol.* 61. *num.* 28. aliis ibi relatis.

42 Secundo cum D. Paulus Alexander eſſet legitimatus, & per legitimationem jam eſſet abſterſa quæcunque macula, quin immo etiam, cum jam conſecutus fuiſſet agnationem ex legitimatione, fuiſſet capax ſuccedendi; nam Teſtator ultimo loco ante vocationem primogeniti deſcendentis ab Agnata vocavit Agnatum, nulla facta expreſſione qualitatis legitimæ, ex quo convincitur, quod cum tunc D. Paulus Alexander eſſet Agnatus in concurſu cum ipſis DD. Eſtenſibus, fuiſſet omnino præferendus, quia ex qualitate primogeniture, & agnationis concurrentis in ipſo D. Paulo Alexandro, adhuc non fuiſſet apertus locus ipſis DD. Eſtenſibus vocatis in defectum dumtaxat Agnatorum de Trivultio juxta vocationem ipſius Teſtatoris, qui ſicuti ultra agnationis contemplationem in primogenitis deſcendentibus ab Agnato præſumitur etiam ſe conformaſſe ſtatuto, nulli dubium eſt legitimatum etiam juxta diſpoſitionem ſtatuti excludere fœminas legitimas, & deſcendentes ab ea *Innocent. de Pallantia qu.* 11. *n.* 21., ubi late, & eſt communis ſententia, quod ubi concurrat aliqua contemplatio agnationis, ſemper legitimatus excludit fœminam, & ab ea deſcendentes *Brun. tract. ſtat. excl. art.* 12. *n.* 70., *Baitell. ult. vol. deciſ.* 77. *n.* 4., & ſicuti tunc D. Paulus Alexander fuiſſet habilis ad excluſionem DD. Eſtenſium deſcendentium ab Agnata, ita etiam excluſiſſet tunc Auctores D. Capitanei, cum ipſe D. Paulus Alexander eſſet in linea D. Comitis Jo: Jacobi, in qua

in-

ingressum est primogenium stante prærogativa lineæ, & quod vere erat Agnatus per legitimationem, cum potissimum in primogeniis observetur prærogativa lineæ *Casanat. cons.* 38. *num.* 114., & quia etiam linea D. Capitanei non poterat dici vocata ex infra notandis.

43 Et sane non est absoluta juris conclusio, quod legitimatus in hac Provincia a successione primogenii repellatur, nam diversa est ratio in Majoratibus Hispaniæ, quæ non viget in aliis fideicommissis primogenialibus, ut observat *Carena resol.* 128. *num.* 17. nam in prima specie præterquamquod Majoratus Hispaniæ habent adnexam quandam dignitatem, legitimati non deferunt insignia familiæ, nec habent honores, qui conveniunt Nobilibus, ut apud *Molin. de primogen. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 4.

44 In aliis vero primogeniis, & signanter in hoc dominio nulla consideratur dignitas, quin immo ex consuetudine, & stylo Provinciæ legitimati deferunt arma, & insignia familiæ, & sunt capaces obtinendi quoscunque honores, & prærogativas, ut plenissime apud *D. Præsidem Picenardum respons. ult. penes Sadarin. scriben. in causa primogenii a num.* 74. *ad* 79., *Fusar. quæst.* 408. *num.* 46. ubi quando legitimatus restitutus est plene ad honores, & dignitatem, ad nobilitatem, & alias prærogativas, *& num.* 65. ubi quando ex dispositione Statuti legitimatus potest succedere, *& num* 66. ubi quando legitimatus natus est ex parentibus nobilibus, ut tunc excludat substitutum *D. Picenard. ibidem num.* 76. *Cyriac. dict. contr.* 208. *num.* 64. ubi respondet contrariis, quando agitur de Testatore Nobili; legitimatus enim conservat dignitatem, & splendorem ipsius Agnationis *Cyriac. contr. for.* 209. *num. prim. Ansald. cons.* 65. *num.* 74. *Marta cons.* 96. *num.* 18 *Innocent. quæst.* 21. *num.* 5. 6. *Peregrin. de fideicomm. art.* 23. *num.* 40. *Spada cons.* 302. *num.* 9. *lib.* 3. *Molina de primog. lib. prim. cap.* 4. *num.* 44. ubi Majoratus perpetuus defertur etiam ad legitimatum per rescriptum; Addentes *ad Molin. ibidem num.* 44. ubi etiam si transversales in defectum filiorum legitimorum fuerint vocati, nihilominus admittuntur legitimati, quapropter cum ratio exclusionis legitimati a primogenio ea sit, quia intelligitur primogenium inductum ad conservandum decus, & honorem familiæ, quam non conservari posse a legitimato censent *Molin. de primogen. dict. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 4. *Redenasc. cons.* 6. *num.* 34. hæc sane cessat in hoc casu, quia plene constat posse per legitimatum succedentem in primogenio conservari honorem, splendorem, & quamcumque prærogativam familiæ etiam juxta Provinciæ consuetudinem.

45 Cessat autem etiam illa abominatio erga naturales, quæ præsumitur in Testatore; nam cum istud odium procedat ab illa qualitate illegitimatis, ea sublata per legitimationem, tollitur etiam præsumpta abominatio in Testatore *D. Picenard. d. resp. num.* 102., *&* 120. quæ multo magis deficit in persona D.

Mar-

Marchionis, quia ipse est legitimus, & de legitimo matrimonio natus, nec in eo potest considerari ea deterior hominum opinio, & abominatio Testatoris, quam habere præsumitur erga naturales, qui vere non sunt nati de legitimo matrimonio, de quo odio, & abominatione late *D. Redenasc. d. conf. 6.* cui tamen plene satisfit per *D. Picenard. d. respons. per totum*.

46 Cum enim hæc abominatio consideratur in Testatore satis est, ut, restringatur ad personam, quæ capax est odii, nempe ad ipsum naturalem, non autem ad descendentem legitimum ab ipso naturali, nam odium restringitur a sua causa, quæ non potest considerari in ulterioribus descendentibus, qui sunt sine macula, & in hac parte non currit argumentum, quod sicuti Testator diligendo unum censetur dilexisse etiam totam ejusdem posteritatem ita a contrario præsumendum sit respectu odii erga unum, ut intelligatur alios ab eo descendentes odisse, nam aliud in hoc dicendum est respectu odii, cum dilectio habeat coæqualem causam quo ad omnes, qui censentur dilecti, odium vero, cum sit causatum ex vitio personali unius, non concurrente eadem causa vitii in aliis, non contineatur *Text. in l. si quis in suo C. de inoff. testam. Peregrin. conf.* 31. *n.* 16. *lib* 5. *Baitel. decis.* 87. *n.* 127.

47 Et juvat ad tollendam hanc præsumptionem odii consuetudo familiæ; nam ut plurimum in testamentis horum Procerum de familia Trivultia legitimati, vel invitantur post legitimos, vel saltem non excluduntur. In testamento enim D. Theodori admittuntur legitimitati in Testamento Comitis Jo: Jacobi Abavi substituuntur legitimati, in testamento Marchionis Joannis Georgii fratris dicti Comitis Joannis Jacobi æque legitimati substituuntur, & in aliis saltem comprehenduntur sub nomine Agnatorum, quia expresse non excluduntur; Consuetudo autem familiæ in non excludendo legitimatos indicat Testatores non horuisse legitimatos, quia consideratur ex ipsis conservari agnationem, quæ contemplatio excludit præsumptionem odii, & abominationis.

48 Non obstat sententia prolata contra Raphaelem, ac Nicolaum fratres Joannis Jacobi primi hæredis predefuncti, qui dicuntur legitimati, quos Senatus exclusit admisso Marchione Francisco Patre dicti Joannis Jacobi, & expost Comite Jo: Jacobo.

49 Nam observatur primo Nicolaum, & Raphaelem fuisse exclusos, quia erant spurii non legitimati, sed dispensati, qua in specie quidquid conetur sustinere *Ciriac. controv. for.* 208. *num.* 72. ubi parificat legitimationem naturalis, & dispensationem, seu legitimationem spurii tamen cum non vere legitimati, sed dispensati dicantur in eis numquam sublata fuit macula, nec consecuti sunt jus Agnationis, quod non assequuntur spurii legitimati *Grat. resp.* 29. *num.* 54. *Molin. de primog. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 35. 36. *Castil. contr. lib.* 4. *cap.* 25. *num.* 160.

50 Secundo fuerunt exclusi, quia dispensatio per eos obtenta fuerat

postea

mode censeri non potest *l. ingenuum ff. de statu hominum*, & quia repugnat ut quis habeatur pro legitimo, & pro parte illegitimus *Molin. de primogen. lib.* 3. *cap. p. num.* 13., *Marta de success. par. p. q.* 18. *num.* 34.

57 Potest quidem considerari alter concursus inter legitimatum, seu legitimum descendentem ab eo, & Agnatum legitimum, sed non repugnat juris regulis, ut legitimatus concurrat cum legitimis quando Testator requisivit solum Agnationem *Menoch. cons.* 266. *num.* 9., *Baitel. ult. vol. decis.* 77. *num.* 40. ubi legitimatus dicitur vere legitimus, & cum legitimis excludit fœminas, ubi extat statutum exclusivum fœminarum *Brun. in tract. stat. artic.* 12. *num.* 70., & communem esse opinionem affirmat *Alciat. cons.* 307. *num.* 2. *Roland. cons.* 83. *num.* 11. *lib.* 3., & in strictioribus terminis statuti, in quo admittuntur Agnati legitimi ad recuperandam rem alienatam ab agnato, legitimatus pariter admittitur ex *Menoch. cons.* 266. *num.* 10., *Eugen. cons.* 52. *num.* 76., *Barz. decis.* 91. *num.* 9. *Cephal. cons.* 9. *ad fin.*, ubi dicit ita judicatum *Baitell. d. decis.* 77. *n.* 43.

58 Verum in terminis hujus concursus, cum Testator vocaverit proximiorem, & substituerit agnatum suum masculum ibi *substituo Agnatum meum masculum*, intrant plures ponderationes, ex quibus prælatio pertinet D. Marchioni excluso D. Capitaneo, tanquam etiam non vocato ad hoc fideicommissum.

59 Primo enim quia ex ea vocatione per verbum *Agnatum meum masculum &c. mihi in gradu proximiorem* satis liquet Testatorem intellexisse de linea particulari ipsius stipitis, & sic solum de descendentibus a Joanne Atavo ipsius Testatoris, a quo non descendit D. Capitaneus, ut in individuo hujus articuli sustinuit *Collegium Ticinense inter consilia pro Trivultiis num.* 57. 58., ex ea enim dictione *meum* convincitur Testatorem voluisse demonstrative suam agnationem specialem ex suo stipite, non autem totius universalis agnationis de Trivultio ad tollendam differentiam Agnationis specialis, & universalis, ut ibidem aliis rationibus confirmatur assumptum, & pariter probavit *Menoch. cons.* 30. *num.* 13. 14., unde hæc qualitas Agnati proximioris non est consideranda extensive ad Agnationem universalem, sed ad contentivam ipsius Testatoris data differentia proximioris, & remotioris inter ipsos de linea contentiva *Andreol. controvers.* 338. *num.* 5., *Fusar. qu.* 348. *num.* 4., *Em. de Luca de fideicom. disc.* 51. *num.* 10., *Cyriac. contr.* 281. *num.* 72.

60 Secundo quia D. Capitaneo obstat quod sit descendens ab Agnato Testatoris, qui non fuit admissus, quia erat mortuus de tempore testamenti ante eventum conditionis, ideo non debet admitti, cum caducato uno gradu caducentur & alii *Bologn. pro Trivultiis num.* 123. 124., *& seq.*, *Zanch. pro iisdem num.* 38., *Roland. pro iisdem num.* 11., *Fusar. cons.* 56. *num. p. Addens ad Molin. de primogen. lib. p. cap.* 5. *num.* 37., ea enim dictio *Agnatum meum* declarat mentem Testatoris ut intelligatur de

Agnato

Agnato vivente tempore testamenti; ut ex *Menoch. pro Trivultiis num. 46. 47. 48.*, *Marzar. pro iisdem num. 34. Collegium Patavinum pro iisdem num. 14. 16.*, *Rota Florentina pro iisdem num. 3. 4. 7.*, *Casanat. cons. 59. num. 15.*, ubi ait, quod omnes unanimiter consentiunt, quod quando Testator utitur verbo *meum*, & similibus, tunc censetur dispositio restricta ad tempus testamenti, & solum censentur compræhensi illi, qui de tempore testamenti essent Agnati propinquiores &c. *Castill. quotid. cap. 44. lib. p.* nunquam vero D. Don Carolus habuit proximiorem agnatum, qui posset succedere de tempore testamenti, quæ exceptio non percutit D. Marchionem, cujus Ascendens, nempe D. Comes Jo: Jacobus si fuit admissus per sententiam Senatus tanquam habens proximitatem requisitam a Testatore, eadem est ratio, ut admittatur D. Marchio tanquam descendens ab eo.

61 Tertio adversus D. Capitaneum tanquam extra lineam D. Comitis Jo: Jacobi, in qua est ingressum primogenium, obstat exceptio proposita a DD. Estensibus, quod sit ultra decimum gradum, sic cessat in eo tamquam agnato jus succedendi, ex regula, quod fideicommissa regulantur secundum successionem ab intestato, quæ juxta sanctiones juris civilis non protrahitur ultra decimum gradum *§. primo Auth. de hæred. ab intestato*, *Fusar. qu. 381. num. 6.*, *Peregrin. art. 21. num. 6.*

62 Dixi autem ei obstare hanc exceptionem, quæ non obstat D. Marchioni, quamvis & ipse dicatur extra gradum, quia ipse est adhuc in linea, in qua ingressum est primogenium, quod habet, durationem in infinitum, & cum eo non contingit disputare de Agnatione, si est descendens a D. Comite Joanne Jacobo.

63 Et quamvis videatur per sententiam Senatus jam declaratum anteacto sæculo durare fideicommissum in perpetuum, tamen contra D. Capitaneum adhuc resistunt ea omnia, quæ a Scribentibus traduntur ad modificandam eam dictionem *perpetuo*, ut intelligatur usque ad certum, & limitatum tempus, ut colligitur *ex textu in §. Nos igitur Auth. de restitut. fideicomm.*, ubi quamvis dispositio sit concepta per verba perpetuitatem inducentia, tamen restringi videtur usque ad quartum gradum, quo argumento utuntur DD. Estenses pro exclusione D. Capitanei, & etiam D. Marchionis, sed contra D. Marchionem nihil operatur objectum, quia, cum ipse, ut supra dictum est, descendat a D. Comite Joanne Jacobo declarato per Senatum tanquam Agnato proximiore ad dictum primogenium, cui substituti sunt omnes primogeniti in infinitum, hæc perpetuitas expressa in sententia Senatus intelligitur durantibus omnibus primogenitis dicti Agnati masculi proximioris vocati usque quo duraverint dicti primogeniti, sic restrictive perpetuitas consideratur in descendentibus primogenitis dicti Comitis Joannis Jacobi Agnati masculi proximioris; non autem in

in aliis Agnatis universaliter acceptis, de quibus an intellexerit Senatus adhuc controvertitur ad tradita per *Cyriac. controv.* 521. *num.* 93. *&* 635. *num.* 16., *Surd. conf.* 123. *num.* 14. 15. est enim regula, quod perpetuitas regulatur secundum personas, gradus, & casus, quibus apponitur, & non ultra *Fusar. q.* 744., *Redenasc. conf.* 31. *num.* 152.

64 Quarto, cum D. Marchio sit adhuc de linea, in qua semel est ingressum fideicommissum, sit ætate major, sit etiam proximior, ipse dato etiam concursu præferri debet; attenditur enim in primogeniis potissimum prærogativa lineæ, gradus, ætatis *Casanat. dict. conf.* 38.

65 Nec obstat quod per illam dictionem *& ubi nulli* non inducatur novum fideicommissum, sed sint continuatæ dispositiones, ita ut hæc postrema reguletur ab antecedenti eo modo quo in ea dispositum est *Ciarlin. controv. for. cap.* 222. *num.* 70. *tom.* 3., *Hier. Palma consul.* 99. *num.* 46. 47. nam cum a Testatore agnati indistincte ponantur in conditione = ibi = *& ubi nulli reperirentur Agnati masculi*, resistere in hoc casu nequit D. Marchioni uti Agnato objectum repetitionis qualitatis legitimæ, nam quidquid contingat disputari de hac repetitione in partibus dispositivis, non potest desumi argumentum de qualitate expressa in dispositivis ad inducendam repetitionem ejusdem qualitatis in conditionalibus. Plene aliis relatis *Casanat. conf.* 6. *num.* 43. *Petra quæst.* 9. *num.* 164. 165., *Burat. conf.* 9. *num.* 15., *Fusar. quæst.* 403. *num.* 32., *Peregrin. de fideicom. artic.* 25. *num.* 34. 35., *Andreol. controv.* 114. *num.* 6., & eo minus in hoc casu, nam adhuc dubium remanet an voluerit repetitionem hujus qualitatis in præcedentibus dispositionibus, unde non potest desumi argumentum a præcedentibus, quæ sunt dubia ad declarationem dispositionis subsequentis.

66 Et ut tollatur radicitus objectum repetitionis qualitatis legitimæ etiam in hac ultima dispositione in qua ponuntur in conditione universaliter Agnati, juvat repetere causas præcipuas repetitionis consistere vel in dictionibus copulativis, vel relativis, vel in unitate orationis, vel in identitate rationis, quorum neutra prodest Adversantibus; nam si innitantur copulativæ *&*, cum hæc sit posita inter capitula perfectam orationem habentia, quamvis conjungere valeat, non tamen ex ea inducitur repetitio *Bartol. in l. Prætor* 4. §. *Eritque hæc differentia num. pr. versic. pr. ff. de vi bonorum raptorum, & in l. Seiæ* §. *Cajo num.* 2. *versic. Secundo casu ff. de fundo instructo*, ubi *num.* 3. reddit rationem, quia copulativa *&*, quando ponitur inter duas orationes perfectas non stat copulative *Fusar. de subst. quæst.* 450. *num.* 3. 10., nec potest suffragari unitas orationis, nam secundum scripturam videntur capitula inter se distincta, secundum autem personas, utique etiam videntur diversæ, non enim credendum est Testatorem ex ea dictione, *& ubi nulli* voluisse restringere vocationem Agnatorum ad jam

 su-

supra vocatos, sed quidem voluisse ampliare ejus dispositionem ad Agnatos cujuscumque generis, cum primario, & enixe in ejus dispositione voluerit prospicere agnationi, quæ cum conservari possit etiam per legitimatos, seu descendentes legitimos descendentes a legitimatis per rescriptum, non potest dici quod concurrat eadem ratio in istis Agnatis postremo vocatis, quæ concurrebat in prima vocatione Agnatorum, qua in specie denegatur repetitio *Glos. in l. in repetundis verbo in repetendis versic. sed si sic ff. de leg. 3. Alciat. cons. 8. num. 34. lib. 9. Fusar. d. quæst. 403. num. 23. & quæst. 450. num. 9.*

67 Et sane hæc repetitio tunc admittitur quando conjecturarum vehementia compellit ad repetitionem qualitatum, ita ut pernecesse ad sustinendam testatoris voluntatem adesse debeant præcedentes qualitates, tunc enim conjecturæ faciunt præsumere magis dictum, & minus scriptum ad textum *in l. cum Avus ff. de cond., & demonstr.* verum in præsenti nullam habemus conjecturam violentam, quæ obbliget ad repetitionem qualitatis legitimæ, nam absque hac qualitate conservatur in D. Marchione Agnatio volita, & contemplata a Testatore, adeo ut in hac ultima vocatione Agnatorum consulto censenda sit omissa hæc qualitas ad textum *in leg. unica §. sin autem Cod. de cad. tollend. Gabriel. cons. 97. num. 28. lib. 1. Menoch. cons. 86. num. 35., & 37.*

68 Et demum cum in præcedentibus substitutionibus Agnatorum non appareat evidenter Testatorem in omnibus gradibus exegisse hanc qualitatem legitimitatis, unde potius censetur consulto omissa in gradibus in quibus non fuit adjecta *Donat. Ant. de Marin. resol. 126. num. 9. lib. 2.* ubi plene, & sunt textus clari *in l. liberorum 220. versic. Toties ff. de verb. signif., & in l. quæ conditio ff. de cond., & demonst.* non potest admitti repetitio in hac ultima, quoniam potest quidem dari repetitio ejus quod expresse apparet, non vero ejus, quod non apparet, & de quo disputatur, & solum subaudiri, & conjecturari contenditur *Socin. Jun. cons. pr. num. 31. col. 2. vol. 1. Rustic. in l. cum Avus lib. pr. cap. 12. num. 24. 25. Cravett. cons. 202. num. 9. Fusar. de subst. q. 403. num. 35.* non enim ex subjecto præsumpto, & conjecturato debet desumi repetitio *Socin. Jun. dict. cons. pr. num. 3. Menoch. lib. pr. præsumpt. 23. num. 2.*

69 Et ex his patet dictum primogenium continuandum in D. Marchione sive uti primogenito, sive uti agnato, quod &c. Me tamen &c.

Antonius Bendonus.

SUMMARIUM

Eorum, quæ deducta fuerunt pro Marchione Theodoro Trivultio.

FUNDAMENTA MARCHIONIS THEODORI TRIVULTII IN SEQUENTIA CAPITA DISTINCTA SUNT.

Primo. Probando, quod ex diſpoſitione teſtamentaria Jo. Trivultii admittendi ſunt etiam ſimplices naturales.

Secundo. Multo magis legitimati; in quo capite.

Tertio. Probatur validitas legitimationis.

Quarto. Probatur non eſſe faciendam repetitionem qualitatis, quod ſint de legitimo Matrimonio nati.

Quinto. Etiam facta repetitione hujus qualitatis adhuc venire legitimatos, cum legitimatio concepta ſit cum clauſula *per-inde* &c.

Sexto. Subordinate venire legitimos deſcendentes ex legitimatis, cum Teſtator non requiſiverit puritatem ſanguinis, ſed ſimpliciter puritatem perſonæ.

Ultimo loco ſolvuntur ſingillatim omnia objecta excitata.

SUPER PUNCTO

Admiſſionis Pauli Alexandri, etiamſi eſſet purus naturalis.

1 UT conſtet Paulum Alexandrum etiam in ſtatu naturalitatis vocatum eſſe, ſciendum eſt Teſtatorem noſtrum deficiente primogenito legitimo ſubſtituiſſe in hunc modum *ſin minus alium filium &c.*

2 Sciendum pariter eſt, quod deficiente linea deſcendentium vocavit primogenitos in infinitum *ordine quo ſupra*.

3 Hæc clauſula *ordine quo ſupra* repetit omnes ſubſtitutiones antecedentes.

4 Igitur repetit etiam eam ſubſtitutionem *ſin minus alium filium*.

5 Virtute ſubſtitutionis primogenitorum admiſſus eſt anno 1576., Marchio Jo. Jacobus. Nunc deficiente linea primogeniti neceſſe eſt, ut verificentur hæc verba *ſin minus alium filium*.

6 Hæc verba *primogeniti*, & *filii* ſunt verba naturæ, non juris, prout de verbo *primogenito* probat *Bald. in l. cum antiquioribus C. de jure deliberandi*, *l. qui duo ff. de reb. dub.*, *l. arethuſa ff. de ſtatu hom.*, *l. teſtamento* 60. *ff. de manumiſſ. teſtam.*,

 Aguil.

Aguil. addens ad Roxas de incomp. p. pr. cap. 4. num. 21., & de verbo *filio* probant omnes indiſtincte præcipue *Lucidor. de illegit. cap. 5. per totum*.

7 Præmiſſis verbis naturalibus non eſt dubitandum, quin vocati ſint etiam naturales puri, cum & ipſi a natura ſint legitimi *ad textum in authent. quibus mod. naturales efficiantur ſui*.

8 Non poteſt enim negari, ut reaſſumit *Peregrin. in conſ.* 53. *lib.* 2., quod ſint os ex oſſibus, caro ex carne, ſanguis ex ſanguine, & propterea quod non ſint portio noſtra, immo portio aliquoties magis dilecta, quia eſt portio electionis, & amoris.

9 In hac quæſtione ſuccedit altera diſtinctio deducta ex *textu in l. 3. §. ſpurios, & in l. ſpurii ff. de Decurionibus, & fil. eorum*, quam deducunt etiam communiter DD. *ex text. in l. ex facto §. ſi quis rogatus ff. ad Trebell.*, quos late examinat *Andreol. contr.* 150. *ubi plene*. Quod aut naturales habent in concurſu legitimos, aut non habent in concurſu legitimos.

10 Si concurrunt legitimi, naturales non dicuntur vocati, niſi per poſterius, ſi vero non concurrunt legitimi, tunc abſolute naturales veniunt ſub illis verbis, quæ ſunt capacia eos compræhendere.

11 Poſſet etiam dici, quod Agnatus ſit etiam verbum naturæ, dicitùr enim Agnatus, quaſi ab eo natus.

12 Et licet DD. communiter dicant, quod naturales non ſint Agnati, attamen non intelligitur quo ad cauſam eſſendi, hoc eſt ad originem nativitatis, ſed ſimpliciter intelligitur quo ad effectus juris civilis, ſicuti enim Bellum fecit ſervos, ita uſus caſtitatis fecit naturales *ex auth. ſuprad. quibus mod. naturales efficiantur legit.*

13 Sed effectus juris civilis, ſaltem quo ad partem ceſſant in puris naturalibus, quando non adeſt concurſus legitimorum, ergo naturales poſſent juſte quo ad cauſam eſſendi dici, & ſunt Agnati.

14 Duplex in hoc articulo parari poſſet objectum.

15 Primum eſt, quod ubi Teſtator adiecit ea verba *filium, & primogenitum* intelligenda ſit repetita qualitas de legitimo Matrimonio, quæ adjecta eſt in prima ſubſtitutione, qua qualitate repetita non eſt dubitandum, quin naturales maneant excluſi.

16 Alterum eſt, quod concurſus numquam dicatur ceſſare non ſolum, quando deficiunt filii maſculi legitimi, ſed etiam quando non deficiunt deſcendentes ex fœminis legitimis, itaut non dicatur ceſſare concurſus, niſi quando nullus omnino ſupereſt.

17 Primum objectum repetitionis reſſervato jure latioris examinis in alia parte pro nunc refellitur, & diluitur, quia videmus quod majores ſunt partes teſtamenti, in quibus non eſt adjecta hæc qualitas, quam eæ in quibus eſt adjecta, unde major ratio eſſet excludendi qualitatem, ubi expreſſit ex eo, quod in pluribus locis reticuit, quam repetendi.

18 Ex facto inevitabiliter tollitur hoc objectum prætenſæ repetitionis, quia

quia constat, quod Testator ex toto arbore familiæ Trivultiæ elegit sibi unice in hæredem eum stipitem, in quo plures reperiebantur naturales, quæ prælectio est considerabilis cum omissi fuerint Agnati plurimi, qui erant in stipite familiæ, & consequenter cum naturales essent cogniti a Testatore censentur positivè vocati in subsidium deficientium legitimorum, & ideo censetur data opera omissa illa qualitas, quæ nunc prætenditur tacite repetita.

19 In tantum enim apposuit dictam qualitatem in prima institutione, prout etiam in omnibus ingressibus lineæ, in quantum voluit vocatos invitare ad justas nuptias, cæterum ubi deficiant filii ex justis nuptiis noluit, ut per hoc interumperetur conservatio bonorum etiam in naturalibus, quos ideo vocavit sub verbis generalibus naturæ, nulla adjecta repetitione.

20 Nec obstat, quod omnia supradicta substitutionum capita regantur ab unico verbo *substituo*, quia quando adest segregatio *rationis* nihil obstat, quod concurrat identitas orationis, nam ratio, & mens omnino prævalet verbis, ut in suo articulo probabitur.

21 Quo ad alterum objectum quod ad hoc ut deficiat concursus, debeant deficere etiam omnes descendentes a fœminis.

22 Respondetur hoc esse contra communem scribentium, & interpretum doctrinam, quia omnes formant concursum in eodem genere, numquam autem faciunt transitum de genere ad genus.

23 Quod probatur ex præciso supradicto textu *in l. spurii ff. de decurionibus*, & ex latissime cumulatis per *De Luca de fideicom. disc.* 68. *num.* 6., & per *Gobium in decis. consult.* 9. *sub num.* 36. apud quos plena manu collecti leguntur omnes tam antiquiores, quam moderni.

24 Et in terminis, quod non attendatur concursus cognatorum sed sufficiat, quod deficiant Agnati, quando agitur de fideicommisso Agnatitio probat latissime *Roxas de incompat. parte pr. cap.* 6. §. 6. *num.* 82.

25 Sufficit ergo, quod deficiat concursus Agnatorum ad hoc ut ultimo loco admittantur naturales, non autem est expectanda deficientia fœminarum, & descendentium ab eis, cum hoc modo fieret transitus de genere ad genus juxta illud vulgatum in Theologicis, quod infimum supremi est supremum infimi, & ideo dato quod naturalis sit infimum supremi in genere masculinitatis, & in genere Agnationis, & in genere conservandæ familiæ, attamen est supremum infimi, ne fiat transitus ad fœminas, & descendentes ab eis, quæ non per naturam, sed per intellectum, non per veritatem, sed per omnimodam fictionem, & non alio modo possunt dici conservare familiam.

26 Si viveret nunc Paulus Alexander in puro statu naturalitatis, & non haberet concursum, quis est qui posset dicere, quod hæc jura, & fundamenta, quæ pro se ipso adduceret, essent omnino

nino desperata, nec mererentur peculiarem animadversionem?

27 Innixa sunt præcisis textibus, innixa præcisis auctoritatibus, firmata indubitatis rationibus. Quis ergo ille est qui Paulum Alexandrum ita redargueret? certe non alius, nisi qui ex nimio genio suæ causæ omnia ea jura despiceret, quæ sua non sunt.

SUPER PUNCTO

Legitimationis Pauli Alexandri.

28 QUod si hæc, quæ deducerentur per Paulum Alexandrum in simplici statu naturalitatis, vim habere possunt, quanto magis validiora censenda sunt ejus jura in statu legitimationis.

29 In quo puncto antequam progrediar sciendum est, & firmiter retinendum, quod licet legitimatio Co: Palatini facta ad istantiam Patris concepta sit cum ea clausula ut non possit succedere in bonis Patris, nec ab intestato, nec ex testamento, attamen hæc est plena, & validissima legitimatio.

30 Quod comprobatur ex duplici inevitabili fundamento.

31 Primo, quia super hisce met exceptionibus non semel, seù pluries ad litteram deductis, super hac ipsa legitimatione jam judicatum est per Senatum Excellentissimum, tam in sententia anni 1680., quam etiam in sententia anni 1696.

32 Si relegantur ea acta, plenam fidem facient, quod hæc objecta ad litteram deducta sunt, addita etiam dispositione Statuti 456., nec prætermissa dispositione Constitutionis *in tit. de legitimationibus*; fidem facient, quod super hisce omnibus longe, lateque disputatum, & licet non esset præcisæ, & necessariæ inspectionis in eo judicio examinare vires legitimationis cum ex dispositione Testatoris vocarentur litteraliter etiam Bastardi, & trahentes originem &c., attamen Senatus voluit controversiam dirimere, & articulum declarare, ibi *constare &c.*

33 Repetantur etiam acta sententiæ anni 1696., & constabit in illis etiam accerrime disputatum super validitione legitimationis, in tantum enim firmabant Adversantes standum esse legitimationi Regiæ, in quantum contendebant, quod legitimatio Co: Palatini, vel nulla esset ex deffectu Potestatis, vel esset simplex dispensatio, attenta supradicta limitatione non ommittebant pariter recensere dispositionem Statuti 456., & Nov. Const., & tamen Senatus omnibus discussis censuit *legitimationem validam*.

34 Quomodo igitur in dubio nunc revocari posset, quod jam pluries a M. V. in contradictorio judicio cum iisdem partibus definitum fuit?

35 Verum ex abundanti si adhuc res ex integro definienda esset, & sine specie sacrilegii in controversiam adhuc deduci possent res decisæ, quæcumque objecta, quæ excitari possent contra legitimationem inania forent.

36 Si enim vis constitueretur super eo, quod esset restricta, & ideo potius dispensatio quam legitimatio censenda esset, hoc objectum unica distinctione communi DD. placito firmata subverteretur.

37 Nam aut legitimatio est restricta in causa, aut legitimatio est restricta in effectu, rursus aut est restricta quo ad omnes effectus, aut est restricta quo ad unicum tantum effectum.

38 Si legitimatio restricta est in causa, quod sequitur quando legitimatus non restituitur ad omnia naturæ jura, nunc dicitur dispensatus, quia causa generalis non est, sed limitata, ideoque non nisi limitatos effectus producere potest.

39 Hoc non applicatur casui nostro, quia verba tam petitionis, quam dispensationis, quam Co: Palatini generalia sunt ibi, *omnem maculam abstergere, & ad primæva naturæ jura reducere*.

40 Si vero causa limitata est, & solum limitati sunt effectus, nunc aut limitati sunt omnes effectus, & hæc generalis limitatio effectuum æquipollet limitationi causæ, aut limitatus est tantum unus effectus v. g. successionis, & hic pariter denuo limitatus est in bonis unius, aut alterius, ut in casu nostro in quo limitatio unice restricta est ad bona paterna, & tunc cum jus successionis sit effectus legitimationis, restrictio unius effectus non operatur restrictionem causæ, quæ in suo esse plena, & illimitata est.

41 Hanc distinctionem communiter agnoscunt DD. quos longa manu recenset, & examinat doctissimus Hispanus *D. Joannes del Castillo. lib. 4. cap. 19. per tot. & præcipue a num 148., & seqq.*, & hanc distinctionem in praxi verissimam esse firmat *Carena in resol. 204. num. 1.*

42 Comprobatur hæc distinctio invincibili ratione, & est, quod sicuti Pater potest cum filio legitimo pacisci de legitima, & cum ejus consensu eum etiam privare, ità hæc limitatio apposita legitimationi alioquin generali nihil aliud operatur quam pactum, & conventionem cum ipso filio, sed alioquin non operatur restrictionem legitimationis, quæ quo ad regulam, & quo ad causam essendi plena, & illimitata est, & ita ab omnibus Patribus in Supremo Castellæ Senatu judicatum fuisse testatur *Molina de primogeniis lib. 3. cap. 3.*

43 Si vero opponatur dispositio, vel Statuti 456., vel etiam Nov. Const. ad effectum ut legitimatio non operetur in præjudicium eorum, qui legitimationi non assenserunt.

44 Respondetur, quod ubi agitur de succedendo in fideicommisso jam per plures annos ante constituto, & a Testatore vita functo, cujus consensus præcise haberi non potest, quod ille necessarius non est, ut in terminis probat laboriosissimus *Elucubrator ad Stat. 457.*, ea ratione, quia lex non obligat ad impossibile *Bimi. cons. 55. lib. pr.*

45 Sed clarius etiam dicitur intercedere consensum testatoris, quoties testator ipse positive legitimationem non prohibet, ubi

enim non adest praecisa prohibitio, ibi intelligitur Testatorem se remisisse dispositioni juris, ex qua legitimati admittuntur, & ideo ex hac conformitate dispositionis juris sufficiens eruitur consensus. In terminis *Bimi. d. cons.* 55., quod clarius etiam probat Modernus *Lucidor.* ex paritate, & exemplo ducto a Testatore, qui jusserit suam haereditatem devolvi ad Doctores, nam si quis lauream assequatur, dicitur assequi ex voluntate Testatoris, ita cum Testator permittit passive haereditatem devolvi ad legitimatos, ii, qui legitimationem consequuntur, dicuntur ex voluntate Testatoris consequi, & ideo cum adsit assensus legalis, & assensus hominis frustra requiritur alia major citatio, & abunde satisfactum remanet tam dispositioni Statuti, quam Nov. Const. prout ita in terminis observant *Giovagnon. cons.* 16.

46 Rursus dictum Statutum est verificatum, quia loquitur cum alternativa ibi *vel pater*, *vel* &c., unde sicuti in alternativis sufficit unam partem verificari, ita cum in hoc casu pater consenserit, dicitur adimpleta littera Statuti.

47 Immo clarius etiam intervenisse consensum testatoris, dum intervenit consensus haeredis ipsius testatoris, sed Jo: Jacobus fuit haeres fideicommissarius, & consensit. Igitur.

48 Non ommittendo etiam, quod dictum Statutum factum est ad evitandas fraudes, quae oriri poterant ex tacita legitimatione, quae cum in isto casu omnino absint, cessat proinde dispositio Statuti.

49 Vindicata ab omnibus objectis legitimatione Pauli Alexandri, sive ex dispositione, sive ex auctoritate rei judicatae, sive ex pondere rationum, quae supra allatae sunt, reliquum est, ut de effectibus ejusdem legitimationis videamus.

50 Inter effectus legitimationis ille innegabilis est, quod Agnatus efficitur, & legitimus, ac si ex justis nuptiis non solum natus, sed etiam conceptus esset.

51 Ita in terminis probant praecisi, & litterales *textus in l. qui in provincia* 57. *ff. de ritu nupt.*, ibi, *ac si legitime concepti essent*; Plures *textus in tit. C. de restit. natal.*, ibi, *perinde, ac si medio tempore nullum maculam sustinuissent*, & ibi *perinde, ac si legitime concepti essent*, *in auth. quibus mod. natur. effic. legit.*, ibi *in nihilo differentes a legitimis*, *& in auth. ut libert. pristin. restit. natal.*, ibi, *habebit regenerationis jus*, *& glos. in verb. regenerationis*, ibi, *ac si numquam servissent*, *nec maculam sustinuissent*.

52 Haec quae ex purioribus legum fontibus deducta sunt, infallibili probantur ratione, nam legitimatio non facit legitimum, quasi sit beneficium positivum, sed legitimatio relinquit legitimum quasi per beneficium negativum abstrahendo illud impedimentum, quod a lege civili impositum erat, nam alioquin ex dispositione supradictorum textuum, & communi Doctorum opinione, certum est, quod omnes a natura legitimi nascun-

tur,

tur, & vitium naturalitatis impositum est a lege civili, quare legitimatio non dat legitimitatem, quia a natura inest, sed aufert illegitimitatem, quæ a jure civili superimposita est.

53 Hinc ex communi DD. placito, quos plene colligit inter cæteros doctissimus *Blasius Robles, & Salcedo in doctissimo ejus tractatu de jure repræsentationis lib. 2. cap. 9. ex integr.*, & pluribus in locis sparsim maximum jurisprudentiæ, & hujus Sacratissimi Ordinis Lumen *Picenardus* in suo elaborato Consilio pro veritate edito post *Sadarinum*, naturales legitimitati omnino Agnati sunt, Agnationem conservant, nihil a legitimis differunt, illustres redduntur, lumen, & decus familiæ sustinent, & ita etiam in gravissima causa coram Sua Celsitudine, Mantuæ agitata in fideicommisso pingui, decisum reffert *Madernus Gobius in suis decisionibus consultivis, consultatione* 9.

54 In hac conclusione ausim quasi dicere non dari contradictorem, sed quid ab externis Tribunalibus emendicantur auctoritates, aut res judicatæ, postquam ita in terminis præcisis judicavit M. V. anno 1680.? Dixit enim fideicommissum non expirasse ob superexistentiam Agnationis Trivultiæ.

55 Sub hac nomenclatura Agnationis recensuit primo Capitaneum Don Carolum quem jussit præferri, recensuit secundo Marchionem Alexandrum Patrem Petentis, cui per mortem Capitanei D. Caroli fideicommissum obvenit, ita judicante M. V.

56 Agnatus itaque est, quia legitimatus, & ita probant præcisi textus, indubitatæ auctoritates, & demum ita præcise probat res judicata.

57 Quod si Agnatus est, prout innegabiliter est, repetere nunc liceat verba Testamenti; hæc in dispositivis vocant Agnatum, = ibi = *substituo Agnatum*, hæc in conditionalibus vocant Agnatum = ibi = *&. ubi nulli reperirentur Agnati*. Agnatus est Paulus Alexander legitimatus prout ad evidentiam ostensum fuit, igitur ex littera Testamenti vocatus.

SUPER PUNCTO

Excludendæ repetitionis.

58 AD infringendas vires hujus invincibilis argumentationis, seu potius palpabilis demonstrationis non est, cur opponatur Testatorem non vocasse simpliciter Agnatum, sed vocasse Agnatum masculum legitimum, & de legitimo Matrimonio natum, quorum appellatione non veniunt legitimati.

59 Impugno enim utrumque assumptum, & quod Testator ita vocaverit, & ubi etiam ita vocasset, probo, quod legitimati deficiente concursu legitimorum admittuntur etiam sub appellatione eorum, qui de legitimo Matrimonio nati sint.

60 Quod Testator non vocaverit Agnatos cum hac qualitate, probat littera Testamenti ibi &c. *Et ubi nulli reperirentur Agnati*.

Quod

61 Quod si ultra litteram velit quis assumpto onere interpraetationis dicere, quod licet haec qualitas litteraliter adjecta non legatur, attamen repetita intelligenda sit, dum eam adjecerit in prima, in media, & in ultima substitutione.

62 Mihi liceat eum ad examen ita vocare; aut hanc repetitionem desumit ex dispositione juris.

63 Aut ex verbis.

64 Aut ex ratione.

65 Aut ex conjecturis.

66 Modos istos enumerat *Baldus in cons.* 153. *lib.* 2. = ibi = *toties fiat repetitio quoties adest identitas orationis vel rationis, toties non fiat repetitio, quoties adest segregatio orationis, & rationis*, nullo autem ex his modis potest in nostro casu pro repetitione argui.

67 Si dispositionem juris inspicimus, illa clamat pro exclusione repetitionis, ita enim praecise disponunt *textus in l. in repetendis, & ibi glos. in d. verb. repetendis de leg. pr. in l. liberor.* 120. *ff. verbor. signif.*, *& l. quae conditio ff. de condit.*, *& demonstr.*, clarius *etiam* id dicunt *textus in l.* 14., *& l.* 17. *ff. de fideicom. libert. ubi J. C.* in haec verba respondit *verius est conditionem non esse repetitam*.

68 Hinc super interpraetatione dictorum Textuum inter *Ananiam cons.* 22. *qui pro excludenda repetitione dixit, & Panorminatum in cons.* 36. qui totus est pro inducenda repetitione, praevaluit tam in Scholis, quam in foro Ananiae opinio, quae tamquam regula recepta est, a qua recedi non potest, nisi vehementes rationes, aut conjecturae id suadeant, & hanc esse regulam praecaeteris ad evidentiam ostendit *Altogr. in cons.* 83., *& Joseph filius in contr.* 94 qua Adversantes utuntur.

69 Longum hic esset recensere fundamenta utriusque opinionis, verum illud mihi magis arridet, quod in testamentis totum pendeat a voluntate testantis, quod voluntas non aliter melius, quam ex verbis cognoscitur, itaque qui a verbis recedit a voluntate recedit.

70 Quod si non assistit dispositio juris, minus favet littera Testamenti, tantum enim abest ut Testamentum repetat hanc qualitatem, nec in dispositivis, nec in conditionalibus, ut quin immo adjecerit signum universale negativum, ibi *nulli reperiantur Agnati*, cujus tanta vis est, ut omnes omnino includat, etiam qui improprie tales dici possint, *Peregrin. de fideicom. art.* 25. *num.* 14.

71 Peculiari etiam animadversione dignum est verbum illud *reperiantur*.

Si enim loquutus esset per verbum *superessent* videretur quodammodo loquutus de iis de quibus cogitavit. Verum hoc verbum *reperiantur* indicat quasi novam speciem, indicat quasi novum personarum complexum, & ideo tantum abest ut voluerit repetere, ut immo transitum fecerit ad diversa; *reperio* enim descendit

scendit a *re*, & *pario*, hoc est de novo pario, sed legitimati dicuntur regenerati. Ergo verbum *reperio* præcise applicatur legitimatis.

73 Quod si nec dispositio juris, nec littera Testamenti favet, minus favet ratio.

74 Duplex enim affertur pro exclusione repetitionis, quæ mihi invincibilis videtur.

75 Altera est, quod hanc qualitatem apposuit solum in ingressu linearum non autem in progressu, ut docet littera Testamenti; ex hoc autem maxime urget differentia, & est, quod sicuti principium pendet a prudentia, & dispositione humana, progressus autem ut plurimum pendet a fortuna, voluit quidem ipse Testator designare principium cujusque lineæ, sed non ideo voluit restringere progressum, nec jacere cogitationes suas in longum.

76 Altera est, quod Testator sollicitus fuit de conservatione nominis familiæ, & ideo ubi ultimo loco hæc successio deferatur ad fœminas, voluit ut assumant nomen ejusdem familiæ.

77 Imperceptibile autem redditur quomodo faciendus sit transitus ad nomen impositium, fictum, imaginarium, & ideale, quotiesqq; supersit nomen verum; Hæc ratio tantæ efficaciæ est apud me, ut vix credam posse responsum parari, & præcisè probatur ex *Roxas ubi supra*.

78 Itaque si nec dispositio juris, nec littera Testamenti, nec ratio repetitionem volunt, reliquum est, ut de conjecturis disseramus.

79 Et primo conjecturas afferro, ex quibus exclusio repetitionis firmatur, exinde conjecturas contrarias ad examen revoco.

80 Conjecturæ excludentes repetitionem istæ sunt.

Quia dispositio regitur a diverso verbo.

Quia fit transitus a dispositivis ad conditionalia.

Quia si introduceretur repetitio, ista dispositio jam esset superflua.

81 Quia pugnaret contra dispositionem juris, ex qua legitimati post legitimos, & etiam una cum legitimis admittuntur.

82 Quia quando voluit, expressit.

83 Quia pugnaret contra rationem deferendi nominis.

84 Quia repetiit unam qualitatem masculinitatis, & non repetiit alteram.

85 Quia numquam sunt suplenda verba in Testamento condito a perito, vel de peritorum consilio, quidquid sit quod voluntas imperiti coadjuvari possit.

86 Has omnes conjecturas recenset, & colligit *Altograd. in d. cons.* 83.

87 Vis harum conjecturarum eo fortius emicat, si examinetur infirmitas earum, quæ ex adverso proponuntur.

88 Præcipua, & principalis conjectura, quæ ex adverso proponitur, sistit in dictione *&*, quæ de sui natura videtur copulativa;

Sed

Sed ego non equito in punctulis, non existimo cum *Sadarino* esse triumphandum cum virgulis.

89 Transeat quod dicto *&* de sui natura importet copulativam, attamen id non generaliter recipiendum est, sed solum quando contextus verborum id requirat, vel ratio id postulet, ubi vero contextus disjunctive stet, vel ratio contrarium suadeat, non est tantæ efficaciæ dictio *&* ut trahat rationem, quin immo a ratione trahitur.

90 Affertur pro validissima conjectura, quod etiam ubi Testator transitum fecit ad substitutiones fœminarum repetiit hanc qualitatem masculinitatis, & legitimitatis, unde clausula in medio posita videatur eodem signo connotanda.

91 Sed hæc conjectura ad hominem a DD. retorquetur, nam quin immo ubi magis Testator hanc qualitatem adjecit, constat eum consulto adjecisse, ubi vero eam omisit, consulto omisisse.

92 Dicunt ultimo loco Adversantes reperiri locum in hoc Testamento, in quo necessario facienda sit repetitio, ne sequatur absurdum. Locus autem est ubi descendendo ad fœminas vocat primogenitum Agnatæ sine adjectione alicujus qualitatis, & tamen qualitas necessario intelligenda est repetita, ne detur primogenitus naturalis ex Agnata, quo nihil absurdius considerari posse videtur.

93 Sed facile solvitur objectum, in tantum enim agitur de repetenda qualitate omissa ex præsumpta voluntate Testatoris, quatenus illam lex non repetat, ubi vero lex repetit frustra homo loquitur, sed in descendentibus a fœminis ratione evitandi absurdi lex requirit legitimitatem, ergo frustra Testator expressisset, immo si expressisset videretur quasi dubitasse, & tamen solum dubium species criminis erat.

94 Constat exinde quam diligenter Testator distinxerit casus, nam ubi dubitari non poterat, non expressit, ubi vero transeundo ad descendentes fœminarum dubitari poterat, tunc expressit, & ratio exprimendi in hoc casu particularis erat, quia in descendentibus a fœminis, nisi retineatur qualitas legitimitatis, nullum retinetur vestigium primævi sanguinis, quod secus est in naturalibus descendentibus a masculis.

95 Quare cum nec ex lege, nec ex littera, nec ex ratione, nec ex conjecturis induci possit repetitio, reliquum est, ut verba Testamenti sumantur in eo puro, & præciso themate, in quo sonant; sed thema verborum illud est, *ubi nulli reperirentur Agnati*, & sub hoc themate indubitato compræhenditur Paulus Alexander, igitur eum esse compræhensum, omni jure est concludendum.

96 Hæc consequentia tam legitima est, ut nulla majori comprobatione indigeat, verum si adhuc evidentius comprobare licet, addo pondus rerum judicatarum etiam in terminis fortioribus. Affero præcisam decisionem *Hieronymi de Leonibus* 94.: Affero præcisam decisionem *Rotæ Romanæ in recent. decis.* 85. *p.* 15., &

& plures alias, quas afferunt *Giovagnon. conſ.* 21., *& Cyriac. in contr.* 207.

97 Verum ne ab exteris Tribunalibus exempla mutuare videar, affero præciſam deciſionem hujus Excelſi Ordinis latam in cauſa, in qua ſcribebat *Dondeus Conſ.* 6., *&* 7.

98 Quam præciſa, & punctualis ſit illa deciſio, immo in fortioribus terminis nemo eſt, qui non videat, ibi enim erant poſitive excluſi legitimati, ibi erat concurſus legitimorum, ibi in unoquoque gradu erat facta repetitio, & in uno tantum ommiſſa, ibi loquebatur Teſtator per verba magis reſtricta, quam in noſtro caſu, & tamen judicatum eſt pro excluſione repetitionis.

99 Nec poteſt opponi, quod clauſula noſtra ſit concepta ſub verbis *Agnati*, & illa concepta eſſet ſub verbo *deſcendens*, quaſi ac verbum *deſcendens* magis late pateat, quam verbum *Agnati*.

100 Hoc etenim admittere non poſſum, nam ſi agitur de includendis fœminis, tunc nomen *deſcendens* magis late patet, quam *Agnatus*, ſed igitur de fideicommiſſo agnatitio, ut in noſtro caſu, tunc terminus *Agnati*, magis late patet, quia ſub eo non ſolum compræhenduntur deſcendentes, ſed etiam tranſverſales.

Super puncto, quod legitimatus cum clauſula *perinde* venit appellatione legitimorum de legitimo Matrimonio natorum &c.

101 EXcluſa repetitione qualitatis ſuperfluum eſſet ad ulteriora deſcendere, attamen ad abundantiam proponitur.

102 Si per impoſſibile dari poſſet, quod intelligenda eſſet repetita qualitas legitimitatis, & procreationis de legitimo Matrimonio, adhuc ſub hiſce qualitatibus dicitur eſſe vocatum in hoc caſu ad excluſionem, vel prætendentium expirationem fideicommiſſi, vel tranſitum de genere ad genus, & nullus concurrat Agnatus legitimus de legitimo Matrimonio procreatus.

103 Hanc propoſitionem incontinenti firmo præciſis deciſionibus.

104 Pinxit hunc caſum ad litteram *de Luca de fideic. diſc.* 68. *num.* 6. & concludit, quod ceſſante concurſu Agnatorum iſte caſus indubitatus eſt, & quaſi ſine controverſia, & dicit, Rotam tam antiquam, quam mediam, & modernam ſemper ita indiſtincte judicaſſe.

105 Diſputatus pariter eſt hic articulus in Senatu Mantuano coram Sua Celſitudine in cauſa graviſſima, & ita deciſus, ut refert noviſſimus *Gobius in ſuis conſultationibus deciſivis decif.* 9.

106 Rationes præciſæ ſunt; Primo quia non minor eſt poteſtas Principis Laici, quam Principis Eccleſiaſtici, præcipue in hac materia legitimitatis, quæ primo, & principaliter tota erat apud Imperatores, & deinde ex quodam conſenſu tranſiit ad Pontifices, ut obſervat, & probat doctiſſimus, & quaſi ad miraculum eruditiſſimus *Ramos ad l. Juliam, & Papiam*.

Sed

107 Sed, si Pontifices dispensent in radice Matrimonii, aut subsequatur Matrimonium, concors est DD. opinio, quod filii legitimati per subsequens Matrimonium sint tamquam nati, & procreati de legitimo Matrimonio, ergo idem dicendum est de legitimatis ex rescripto Principis.

108 Secundo, quia in tantum controvertitur quæstio in quantum concurrant Agnati legitimi, & de legitimo Matrimonio nati, tunc enim ii dicunt, quod legitimas superinducta ex rescripto est per quamdam machinationem legis, quæ nocere non potest veritati, & ideo saltem in concursu veritas ex radice prævalere debet veritati ex indulgentia.

109 Verum quando cessat iste concursus, nec est qui opponere possit hanc exceptionem tunc etiam legitimatus venit appellatione legitimi de legitimo matrimonio nati, & procreati.

110 Quod confirmatur ex litterali dispositione textuum, quos in antecedenti articulo adduxi, ibi *in nihilo a legitimis differentes*, ibi *nam vere legitimi sunt*, & ibi *quasi legitimè concepti essent*, ubi notanda sunt ista verba, quæ retrotrahuntur non solum ad legitimandam nativitatem, sed etiam ad legitimandam conceptionem.

111 Et hanc opinionem in legitimatione facta cum clausula *perinde* tenent communiter DD. præcipuè *Menoch. cons.* 687.

112 *Andreol. contr.* 277.

113 *Merlin. decis.* 832.

114 *Innocent. de success. municip. q.* 21. *num.* 17. ubi quod Mediolani ita practicatur, quod ita pluries decisum.

Super puncto admissionis legitimi ex legitimato.

115 HUcusque loquutus est Paulus Alexander vel retento statu naturalitatis, vel inspecto statu legitimationis, & rursus retenta legitimatione, tam omissa repetitione, quam etiam ea admissa, deficiente concursu legitimorum.

116 Nunc superest, ut jura Marchionis Theodori independenter a Paulo Alexandro jam per quatuor gradus remoto discutiantur; unde examinanda proponitur quæstio illa percelebris, an etiam excluso legitimato admittendus sit legitimus descendens ex legitimato.

117 In hac quæstione plures sunt textus, in quibus veritas indubitata elicitur favore legitimi descendentis, ex legitimato.

118 Primus est *textus in l. final. C. de natural. lib.* non *eadem observatio in Nepotibus retinenda est*.

109 Secundus est *textus in l. emancipatum §. etiam qui ff. de Senator.* ibi *magis est, ut ei prosit dignitas avi, quam quod obsit casus patris*.

120 Tertius est *in l. 3. de interdict., & releg.*, ubi relegato patre

pri-

privatur filius illis juribus, quæ paterna sunt, & hæreditario jure sibi debentur, non autem iis, quæ sibi independenter a patre obveniunt, addita ratione, nam hæc illi non ejus pater, sed majores ejus dedere.

121 Textus isti qui præcisi videntur, confirmantur peculiari ratione, quia ad hoc ut quis admittatur ad fideicommissum, sufficit, ut de tempore evenientis casus habeat qualitates desideratas, sed de tempore evenientis casus hic est legitimus, & de legitimo &c. Ergo.

122 Alia est ratio, quia in iis, quæ deferuntur non jure hæreditario sed ex pacto, & providentia nullo modo attenditur origo, sicuti enim ascendentes non possunt prodesse ad acquirendum, ita nec minus possunt obesse ad ammittendum.

123 Et licet communiter afferantur ea dicteria, quod infecta radice sunt infecti etiam palmites, quod deficiente medio non possunt conjugi estrema.

124 Attamen istæ, & similes propositiones nullo modo applicari possunt habita hac distinctione.

125 Duo sunt vincula quibus inter se se homines conjunguntur, aliud est vinculum naturale sanguinis; quod se habet ut causa productiva, aliud est vinculum civile successionis, quod se habet ut effectus, *Picenard. in suo responso post Sadarin. num.* 74.

126 Naturales non habent hoc secundum vinculum, quia in modum pœnæ sublatum est a jure civili, sed habet vinculum naturale sanguinis, quo cojunguntur, omnes enim nascuntur legitimi, & etiam in naturalibus adest eadem propagatio, & continuatio sanguinis, quæ est in legitimis.

127 Privatio autem secundi vinculi inducta a lege non est privatio perpetua, sed est privatio personalis in modum pœnæ, *quia in filiis voluerunt leges temperare vitium paternum*, sunt verba supracitati textus *sed in nepotibus non eadem observatio retinenda est*, quia cessante causa odii, cessat causa privationis, & sic remanente vinculo sanguinis, quod sublatum non fuit, nec tolli potest, illud exinde tamquam principium attractivum trahit ad se etiam vinculum successionis. Rursus in hac quæstione ita distinguendum est. Vel testator voluit puritatem sanguinis, vel per modum regulæ, vel per modum rationis finalis. Vel testator voluit solum puritatem personæ. In primo casu dubitatur an legitimus ex legitimato admittendus sit. In secundo casu non potest dubitari, quia tunc in persona concurrunt qualitates requisitæ; & iste est casus noster.

128 Ex his ideo rationibus hanc opinionem communiter secuti sunt DD., quos longa serie recenset *Urceol. consult. forens.* 57.

129 Et ne desit etiam auctoritas rerum judicatarum, ita in terminis favore legitimi descendentis a legitimato decisum est *per Rot. Rom. in recent. part.* 19. *decis.* 173.

130 Et maxime deficiente concursu legitimorum probavit *Eminentiss. De Luca sæpius citato disc.* 68. *in* 3. *puncto*.

SOL-

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

Opponitur primo quod Paulus Alexander sit solum dispensatus.

131 Quod sit legitimatus.
132 Probat littera legitimationis.
133 Et licet adjecta sit restrictio quoad successionem patris, attamen hæc non operatur restrictionem dispositionis.
134 Quia est effectus, qui non limitat regulam.
135 Est pactum particulare, quod non tollit legitimationem universalem.
136 Quia ita concludunt DD. *Castil.*, *Molina*, *Caren.*, & *alii super citati*.
137 Probat insuper sententia anni 1680., & licet ibi ageretur de fideicommisso vocante etiam naturales, attamen hic articulus fuit decisus, quia controversus, & quia si non erat legitimatus, debeat ex præcepto testatoris legitimari.
138 Probat demum sententia anni 1696., cui nihil opponi potest, & tamen ibi deductæ, & propositæ fuerant eæ omnes difficultates, quæ etiam de præsenti excitantur.

Opponitur, quod Paulus Alexander non probet se naturalem cum possit esse spurius.

139 Respondetur spurietatem non præsumi in jure.
140 Naturalitas vero probatur ex sententia anni 1680., ibi *filium naturalem*.
141 Probatur ex narrativa legitimationis.
142 Probatur ex testamentis tam Jo: Jacobi, quam Lauræ Gonzaghæ.
143 Quæ omnia probat *Tomas. de legitim. tit.* 13. *a num.* 305., & *seq.*

An legitimatus agnascatur solum Patri.

144 Ex principio an Paulus Alexander sit legitimatus, vel dispensatus, sequitur resolutio objecti toties repetiti, an agnascatur solum patri, vel etiam omnibus aliis.
145 Si enim legitimatus est, agnascitur omnibus etiam transversalibus cujuscumque gradus.
146 Ita probant *textus in authentica quibus modis efficiantur legitimi, & in authentica quibus modis efficiantur sui, & utrobiq; in §. sit igitur licentia*, ibi *nihil a legitimis filiis differentes*.
147 Et probant etiam omnes alii textus supra citati.
148 Immo in terminis hujus quæstionis addo *textum in l. post consanguineos §. hæreditas ff. de legitimis hæred.*, ubi ita habetur, *nam qui adoptatur iisdem fit adgnatus, quibus pater ipsius fuit*.
149 Ex quibus textibus ita communiter sentiunt, & sine contradictione DD. quorum sexcenti videri possunt apud *Thomas de legitimat.*

mat. in tit. de Agnat. per plures num., *& apud Covar. de sponsal.* §. 10. *cap.* 4. *num.* 2., ubi corrigit Jo: Lupum contrarium sentientem tanquam deceptum in intelligentia *text.* §. *filium auth. quibus modis naturales efficiantur sui* ex quo disponitur quod agnascantur solum patri, sed textus ille non loquitur de legitimatione per rescriptum, sed loquitur de legitimatione per oblationem Curiæ, & ad evidentiam etiam probat *Emeritissimus Præses Picenardus in suo consf. edito pro veritate post Sadar. num.* 74. *& seq.*

An requiratur consensus transversalium.

150 Et licet supradicti DD. loquantur, & firment hanc propositionem etiam si ipsi transversales non consentiant, ut firmant omnes supra citati præcipue *Covar.*, *& alii.*

151 Attamen in nostro casu concurrit consensus testatoris etiam in terminis *Statuti* 456., *& etiam N. C.*, quæ tamen loquuntur solum in successionibus ab intestato.

152 Quia toties dicitur legitimatio fieri de consensu testatoris, quoties ipse vocando substitutos utitur verbis, quæ sunt capacia compræhendere ipsos legitimatos.

153 Ità in terminis statuti nostri probat videndus.

154 *Bim. cons.* 55. *lib. pr.*

155 *Menoch. cons.* 459. *num.* 8.

156 *Cyriac. contr.* 207. *num.* 50.

157 Sed in casu nostro testator non solum usus est verbis compræhendentibus legitimatos, sed etiam naturales ut probatum est, ergo &c.

An sit facienda repetitio qualitatis.

158 Quod si impugnetur hæc propositio, quod testator usus sit verbis universalibus, attento quod facienda est repetitio ex scriptis per *Menoch. in cons.* 117., *&* 173.

159 Respondetur obstare repetitioni omnia ea, quæ jam latius dicta sunt.

150 *Menochio* in individuo respondere *Pancirol. in cons.* 169.

161 Et licet dicatur, quod *Menochius* obtinuerit in dicta causa, attamen non potest dici quod obtinuerit ex eo quod facienda esset repetitio.

162 Sed obtinuit, quia agebatur de spuriis, & legitimatis solum postquam evenerat casus, & quia concurrebant legitimi, quo casu legitimati non admittuntur, nisi per posterius.

163 Et de tempore *Menochii* non disputatum fuit super clausula, & *ubi nulli reperirentur Agnati &c.*

164 Verum ubi etiam facienda esset repetitio adhuc venirent legitimati cum clausula *perinde* &c., quia non vocavit legitimos de legitimo matrimonio &c., nec cum taxativa tantum, nec cum

C di-

dictione vere non ficte, quo casu veniunt etiam legitimati, ut per *Innocent. quæst.* 21. *num.* 19. *&c.*

An clausula ubi nulli &c. intelligenda sit restricte.

165 AGnoscunt adversantes quanta sit vis illius clausulæ universalis negativæ, & *ubi nulli* &c., & ideo dicunt refrænandam quasi testator intellexerit de *suis*.

166 Sed hoc obstat naturæ verborum universalium, *nulli* sub quo compræhenduntur omnes etiam improprie tales, ut in terminis *Peregrin. de fideicom. art.* 25. *num.* 14.

167 Obstat etiam verbum *reperirentur*, quod ut notat *Calvinus*, *&* *Pratcius* in suis *lexicon* importat novam paritionem. Ergo &c.

168 Obstat demum, quod multiplicarentur repetitiones, quia repeteretur qualitas mei, & exinde qualitas legitimi &c. sed multiplicatio est evitanda.

An debeat cessare concursus etiam cognatorum.

169 QUod si profligatis omnibus supra dictis objectis admittatur vocatio *legitimatorum*, sed dicatur quod non aliter admittendi sint, quam si deficiant omnes Agnati, & Cognati *ex Roxas de incompat. parte p. cap.* 6. §. 6.

160 Respondetur eundem Roxas se declarare id procedere in fideicommisso, quod non sit Agnatitium, sed solum in majoratibus Hispaniæ, in quibus admittuntur etiam fœminæ, secus si agatur de fideicommisso Agnatitio, quia tunc legitimati admittuntur ante descendentes ex fœminis ex regula, quod infimum supremi &c.

171 Quod autem fideicommissum hoc sit Agnatitium, creditur impugnari non posse, quia semper vocat Agnatos, & ex aliis.

172 Et licet sint vocatæ fœminæ defectis Agnatis, attamen non ex hoc tollitur, quod fideicommissum non sit Agnatitium *ex Saminiat. in contr.* 55.

An obstet radix infecta.

173 OBjectum exinde radicis infectæ, quod opponitur Marchioni Theodoro, licet sublatum sit ex omnibus jam dictis, & *ex textu in l. fin.*, *&* *ex decis.*, & ex duplicitate vinculi.

174 Attamen rursus pro confirmatione vocationis advertendum est, quod in hac quæstione solent distinguere DD.; Aut testator voluit puritatem sanguinis in persona admittenda, aut voluit puritatem sanguinis semper, & in omni casu. In primo admittitur, in secundo non; Sed in nostro casu non constat, quod voluerit puritatem sanguinis semper, & in omni casu, & consequenter sufficit, quod hæc puritas concurrat in persona, quæ petit admitti.

An

An casus fœminarum sit clarus.

175 QUod casus fœminarum sit clarus, & quod casus Marchionis sit turbidus non admittitur, immo retorquetur, quia fœminæ volunt agere ante diem, nec possunt venire nisi inferant violentiam verbis universalibus negativis, ubi *nulli* &c.

An obstet sententia anni 1633.

176 ULtra sententiam anni 1576. cui satis supra responsum est. Opponitur alia sententia lata anno 1633. inter D. Cardinalem, & D. Marchionissam Trivultiam filiam naturalem legitimatam.

177 Sed hæc potius probat assumptum, quia declaravit deberi D. Cardinali, attenta duratione Agnationis, quam non conservabat fœmina, nec de puncto legitimationis actum est.

An obstet sententia in Causa Gasparis.

178 OPponitur alia sententia ultimo loco lata per Senatum in Causa Gasparis, sed dispositio testatoris omnino diversa est, & si Senatus dixit non habere qualitates non dixit *absolute*, sed intelligenda est in eo casu.

179 Contra dictam sententiam pendet revisio, & nunc defectis Agnatis legitimis proponi poterit nova petitio.

An obstet sententia in Causa Annona.

180 OPponitur alia sententia in Causa Annona lata per Senatum in qua Causa scripsit *Carena resol.* 212.

181 Sed primo non est judicandum exemplis. Secundo quia ibi non erat unicus articulus Agnationis, aut repetitæ qualitatis, sed dubitabatur de existentia fideicommissi, & an illud esset reciprocum, dubitabatur de filiatione, & etiam dubitabatur de legitimatione, & ideo cum Senatus dixerit *absolvendum* a petitis non potest dici, quod Senatus absolverit potius ex uno, quam ex altero capite.

An sustineatur diversitas allegata in Causa Abdua.

182 OPponitur contra sententiam latam in Causa Abdua, quod illa conditio esset concepta per verba *nullus descendens*, & quod ista dicat, *nullus* Agnatus, quod verbum minus latè patet, quam *descendens*.

183 Sed dicitur contrarium verius esse, quia nomine Agnatorum veniunt etiam transversales.

Resolvitur auctoritas Jo: Torre.

184 OBjicitur auctoritas *Jo: Torre cap. 29.*, sed quæso, legatur *in cap. 28. n. 180.*, in quo se explicat, & dicit procedere, quando concurrunt Agnati legitimi.

Resolvitur *Rota post Censal. decis. 17.*

185 AD minuendam vim illius dictionis universalis, & *ubi nulli* proponitur decisio *Rotæ post Censal. decis. 17.*, sed casus est omnino diversus; quia ibi agebatur de admittendis *descendentibus masculis ex fœmina*, quia conditio erat concepta per verba, *& nullis existentibus descendentibus masculis*, verum quia Testator explicabat incontinenti hæc verba, ibi, itaut deficiat *linea masculina*, ideo dictum fuit sub antecedenti generalitate non venire masculos ex fœminis.

An obstet, quod Testator sit Illustris.

186 NEc ex eo, quod Testator sit Illustris, dicendum est præsumptio exclusionis naturalium, quia, ut dictum est, legitimatio conservat splendorem familiæ, & admittuntur etiam ad fideicommissa, in quibus vocantur *Nobiliores*, ut est decisum apud *Gob. consult. 9.*

187 Et praxis quotidiana nos docet, quod plura ex majoribus luminaribus nostri Cœli patiuntur has maculas, sed non ideo minus splendent, immo magis quam alia.

188 Immo Christus ipse Redemptor voluit ex stipite infecto nasci, ut probat *Tomas. de legitim. tit. 13. cap. 7. num. 435.*

189 Et ratio est, quia excitatur ex animi virtutibus ad vindicandam maculam, si quæ subest.

An obstet observantia hujus familiæ.

190 NEc demum potest opponi observantia testatorum hujus familiæ excludendi naturales, immo contrarium verius est.

191 Cum Theodorus, Georgius, & Jacobus admiserint naturales.

192 Quare resolutis omnibus objectis, & fundato jure D. Marchionis ex tot rationibus, eum admittendum esse ad fideicommissum Joannis concluditur.

Giulinus.

PRO

Illustr.mo D. Marchione Theodoro, alias Georgio Trivultio.

1 CAusam gravissimam attenta quantitate substantiæ, de qua agitur, & attenta qualitate concurrentium aggredior: Verum levem existimo, si difficultates, quæ opponuntur principali meo observem, cum alioquin causam satis claram ex littera aperta testamenti sustineam.

2 Ut hanc claritatem aliis ostendam, causam in tres articulos principales divido, & in unoquoque objecta adversaria examino, & diluo.

3 Primo. Agam de duratione fideicommissi ad exclusionem hæredis, qui existimat expirasse, & consequenter tamquam liberum in hæreditate remanere.

4 In secundo. Qualitatem agnatitiam fideicommissi ostendo ad exclusionem descendentium a Fœminis, qui se insinuant ad exclusionem Agnatorum.

5 In tertio. Demum vocatos esse in hoc fideicommisso ad exclusionem fœminarum etiam naturales, multo magis legitimatos, & demum multo magis legitimos descendentes a legitimatis probo.

6 Nec me terret moles allegationum, quas a prudentissimis, & doctissimis Viris in hac causa scio exaratas; Ego enim brevior pro viribus ero, ne tenuitas mea magis in longitudinem nauseat.

ARTICULUS PRIMUS.

An fideicommissum adhuc duret.

7 LItteram testamenti non transcribo, quia separatim tota, & integra datur, sed ea retenta durationem fideicommissi ex sequentibus animadversionibus deduco.

8 Et quia primo, & principaliter mens Testatoris fuit ordinandi primogenium, hoc autem de sui natura perpetuitatem importat, nam eo ipso, (*sunt verba Molinæ de Hisp. primog. lib. pr. cap.* 4. *num.* 13.) quod ex aliquibus bonis se facere majorarum profitetur, bona ipsa in propria familia velle perpetuo conservare censendus est, *Rot. apud Censal. decis.* 30., & 31. *num.* 5., *Castil. contr. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 15., *Fusar. de substit. quæst.* 381. *num.* 11., itaut supplendæ sint etiam substitu-

ctiones, quæ non leguntur *ad text. in l. Peto §. fratre ff. de legat. 2. & text. in l. cum ita legatur § in fideicom. ff. eod.*, *& in l. unum ex familia §. fin. ff. de legat. 2.*, quos examinat *Molina, ubi supra num. 17., & 18.*, & probant larga manu *Addent. ad eumdem Molinam*.

9 Secundo, quia in hoc primogenio præcise contemplatus est agnationem, & conservationem familiæ, quod eruitur primo, quia instituit sibi agnatum, licet remotum in nono, aut decimo gradu, ut arbor Genealogiæ demonstrat, secundo ex illis verbis, *Eo casu substituo agnatum*, & ex aliis verbis, *ubi nulli reperirentur Agnati*. Contemplatio Agnationis, & maxime in gradibus tam remotis mentem aperit testatoris, quod respexerit ad perpetuam conservationem ejusdem, *Menoch. lib. 4 præsumpt. 92. in fine, Peregrin. de fideicom. art. 12. num. 86.*, ubi testatur de communi opinione, *& art. 22. num. 53., Fusar. de substit. quæst. 390. num. 7., Torre de majorat. cap. 9. lib. pr. §. 13. num. 177., & eod. cap. §. quinto num. 43., & 44. ubi plures*.

10 Tanto magis cum isti Agnati vocati sint per nomen collectivum, quod est argumentum efficacissimum perpetuitatis, *Molin. de hisp. primog. lib. pr. cap. 5. num. 23., Fusar. de substit. quæst. 390. num. 6., Gratian. discept. forens. cap. 288. num. 21., Peregrin. de fideicom art. 19. num. 10., & seq., Torre de majorat. cap. 9. §. 13. num. 176.*, & maxime cum ista verba collectiva, quibus usus est testator, sint compræhensiva non solum plurium personarum, sed etiam plurium graduum, qualia sunt *linea*, & *primogenitum* juxta distinctionem Magistralem, quam firmat *Torre ubi supra n. 188.*, qui præmissa hac distinctione concludit innegabilem esse perpetuitatem, quando testator usus est verbis collectivis, compræhendentibus non solum plures personas, sed etiam plures gradus, & eam comprobat infinitis auctoritatibus, *ibi vidend. num. 189*.

11 Tertio, quia eveniente casu successionis fœminarum voluit, ut Mariti assumant nomen, & cognomen familiæ Trivultiorum, ex quo manifesta deducitur voluntas perpetuæ conservationis ejusdem *Torre, ubi supra num. 174., Hodierna contr. cap. 33. num. 2., Palma cons. 96. num. 31., Addent. ad Molinam lib. pr. cap. 5. num. 34., Bellus cons. 52. num. 3., & 4. Kinigschild. de fideicom. fam. cap. 6. num. 308., Mansi. consult 197. num. 18. lib. 2., Rosa consult. 40. num. 9., Fontanel. decis. 33. num. pr.*, ommissis aliis antiquioribus, quos recenset idem *Torre, & etiam Fusar. de substit. quæst. 390. num 10.*

12 Quarto ex clausula in *infinitum*, & *perpetuo* quater in paucis lineis repetita, quæ verba de sui natura dubium non est, quin perpetuitatem importent, maxime in dispositione primogeniali, *Torre ubi supra num. 177., Fusar. ubi supra num. 8.*, rursus idem *Torre eod. cap. §. 4. n. 41.*, = ibi = *ut si adsint verba perpetuitatem denotantia, ut verbum semper in infinitum, in per-*

pe-

petuum, ut firmat *Molin. lib. pr. cap.* 5. *num.* 33., pleniſſimè *Caſtill. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 89. 90., *& ſeq.*, *& lib.* 5. *cap.* 93. §. 2. *num.* 14., *Seraphin. deciſ.* 459. *num.* 3., *Marta in ſumma ſucceſſ. leg. p.* 4. *art.* 2. *qu.* 21. *num.* 11., & rurſus idem *Torre cap.* 41. *fol. mihi* 664. *num.* 4.

13 Et licet aliquando iſta verba contra eorum naturam, & proprietatem reſtringatur, ut habetur *in auth. de reſtit. fideicom.*, attamen id non procedit, niſi quando adjunguntur diſpoſitioni principali, quæ de ſui natura reſtricta, & limitata ſit, tunc enim etiam clauſulæ acceſſoriæ reſtringuntur, & limitantur, ſecus vero quando adjuguntur diſpoſitioni ex ſua natura perpetuæ, quia tunc nullo modo reſtringi poſſunt juxta diſtinctionem quam ex pluribus affert *Rodoer. ad Donat. Anton. de Marin. cap.* 132. *num.* 17., *&* 18.

14 Quinto, quia quando dubitari poteſt, an majoratus ſit extinctus, nec ne, ſemper pronunciandum eſt non eſſe extinctum propter honorem, & dignitatem familiæ, *Mieres de majorat. part.* 4. *quæſt.* 29., *Caſtil. contr. tom.* 6. *cap.* 143. §. *unic. num.* 2. *Addent. ad Molin. lib. pr. cap.* 4. *num.* 23. & in dubio ſemper diſpoſitio teſtatoris cenſenda eſt potius perpetua, quam temporalis, ut probant iidem *Addent. ad Molinam eod. cap. num.* 28., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 688. *num.* 13., *&* 14.

15 Sexto, ex qualitate, & quantitate hujus hæreditatis, quæ eſt conſiderabilis æſtimationis, & magnitudinis, quo caſu præſumitur Teſtatorem voluiſſe ſemper, & in perpetuum conſervari idem *Torr. ubi ſupra num.* 190. ubi plures recentiores. *Valenzuela conſ.* 185. *num.* 9.

16 Septimo, quia Teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum, *Fuſar. quæſt.* 390. *num.* 5.

17 Octavo, quia deficientibus Agnatis, vocati ſunt Cognati, *Fuſar. ubi ſupra num.* 10.

18 Nono, demum quia ita Senatus Excellentiſſimus declaravit anno 1576. 26. Auguſti, dum dixit *dictum fideicommiſſum durare in perpetuum*, quæ verba a Senatu prolata ad dirimendam quæſtionem, quæ tunc temporis agitabatur, expirati fideicommiſſi, nullo modo reſtringi, aut limitari poſſunt, ſed indefinite & vage in tota latitudine ſumenda ſunt, tanto magis cum ſuperflua redderentur, nam ad tollendam quæſtionem, quæ tunc temporis agitabatur, ſatis erat dicere *fideicommiſſum durare*, abſque eo quod adderentur hæc verba *in perpetuum*, quæ cum addita ſint, nullum locum ulteriori quæſtioni relinquunt, maxime ſi attendantur ea, quæ pro perpetuitate fideicommiſſi tunc temporis ſcripta fuerunt, nam non percutiunt ſimplicem caſum, qui tunc temporis evenerat, ſed probant omnimodam perpetuitatem fideicommiſſi, ut videre eſt ex fundamentis allegatis a *Menochio in conſ.* 117., *& præcipue ſub n.* 17. ibi, *& aliorum, qui deinde ſuccedent*.

 Ad-

19 Advertendo, etiam pro coronide, quod ubi licet in concursu cum aliis posset disputari, an fideicommissum extinctum sit, vel quia ulterius ejus vires non progrediantur, vel quia non supersit aliquis capax succedendi in eo, attamen hæc quæstio non potest promoveri in concursu cum D. Marchione Theodoro, cum ipse sit descendens ex linea jam admissa, unde impossibile est, quod fideicommissum hucusque duraverit favore lineæ, & nunc cessare debeat, licet supersint descendentes ex eadem linea, quibus licet objiciatur, quod descendant ex radice infecta, attamen in alio articulo abunde satitfiet huic objecto.

SOLVUNTUR OBJECTA.

20 OBjicitur pro extinctione fideicommissi jam impletas esse omnes substitutiones a Testatore ordinatas, ideo non esse locum majori progressui.

21 Nam omnia ea, quæ dicuntur de *instituto, & ejus filiis*, impleta sunt in persona Jo. Jacobi, qui decessit sine filiis.

22 Sequentia verba, & ubi *deficeret linea descendentium dicti hæredis mei instituti, eo casu substituo agnatum meum masculum legitimum, ut supra, mihi in gradu proximiorem*, verificata, & impleta sunt, quando successit Marchio Franciscus Pater Jo. Jacobi ob mortem ejusdem sine filiis.

23 Unica vero verba, quæ supersunt, ea sunt; *& ubi nulli reperirentur Agnati*; sed ista vel non sunt attendenda, quia verba conditionalia, vel sunt impleta, quando declarata est successio Marchionis Theodori alias Jo. Jacobi post mortem Marchionis Francisci, & consequenter si semel sunt impleta, non sunt amplius implenda, vel non important novum gradum substitutionis, quia referuntur ad casum antecedentem deficientis lineæ hæredum institutorum, nam tunc eveniente casu deficientis lineæ, si adsunt agnati, ipsi vocantur, si non adsunt agnati, vocantur fœminæ, ideo ex illis verbis non inducitur novus gradus substitutionis, sed inducitur alternativa successionis, vel favore agnati, vel favore fœminarum, relate tamen semper ad tempus deficientis lineæ hæredis instituti, & non aliter.

24 Quare semper constat omnes casus a Testatore dispositos jam esse impletos, ideoque non esse locum ulteriori durationi, vel progressui fideicommissi.

25 In hoc objecto sic ut supra explicato, & perstricto tria substantialia objecta continentur.

26 Primum est, quod ex dictis verbis, *& ubi nulli reperirentur Agnati*, inferratur Agnatos esse positos in conditione, & non vocatos.

27 Secundum, est quod etiam casus consideratus in illis verbis fuerit

rit impletus per fucceffionem declaratam favore Marchionis Theodori, alias Jo. Jacobi anno 1576.

28 Tertium, quod illa verba, *& ubi nulli*, importent fimplicem vulgarem in cafu, quo non adfuiffet Agnatus proximior deficiente linea hæredis inftituti, non vero importent fideicommiffariam, itaut poft fucceffionem Agnati proximioris, & ejus defcendentium debeant dici vocati etiam omnes alii Agnati.

29 Unumquodque ex his objectis diftincte examinatum facile corruit.

AD PRIMUM.

30 AGnatos pofitos in conditione effe vocatos clare deducitur ex iis omnibus, quæ dicta funt pro perpetua duratione fideicommiffi; Nam fi volumus fideicommiffum effe perpetuum, hoc certe admitti non poteft, nifi dicantur vocati omnes agnati, medio quorum poffit fideicommiffum perpetuari, ubi enim fubftitutio reftricta effet ad certum, & limitatum gradum Agnatorum, nihil facilius, quam ut fideicommiffum brevi eftinguatur; Dato ergo quod pro inducenda vocatione pofitorum in conditione recurrendum effet ad conjecturas, hæc erit prima, principalis, & indubitata conjectura, ex qua eruitur vocatio, quia fcilicet agitur de fideicommiffo perpetuo.

31 Secunda conjectura erit, quia agitur de fideicommiffo agnatitio.

32 Quas folas fufficere, ut pofiti in conditione dicantur vocati, probat *Saminiat. in contr.* 53. *num.* 42., *&* 43., *& contr.* 55. *num.* 6., & admittit etiam *Thæfaur. decif.* 96. *a num.* 15. *ad num.* 19.

33 Sub iftis duabus compræhenduntur omnes aliæ conjecturæ, quæ fparfim a DD. recenfentur.

34 Scilicet Mafculinitas, *De Luca de fideicom. difc.* 82. *num.* 11., *Altograd. Jun. poft plures contr.* 69. *num.* 30.

35 Qualitas legitimitatis in radice *Meli. alleg.* 106. *lib.* 3. *num.* 51. *Kinipfchild. de fideicom. cap.* 6. *num.* 110.

36 Verba *in perpetuum, & in infinitum*, quæ verba etiam ab iis, qui contrariam tuentur fententiam, validiffima reputantur.

37 Tranfitus ad fœminas in cafu deficientis agnationis, cum onere tamen ut affumant nomen, & arma familiæ.

38 Voluntas enixa Teftatoris perpetuæ confervationis Bonorum.

39 Qualitas, & quantitas hæreditatis, de qua agitur.

40 Quas conjecturas, ne fingillatim eas examinem, & tempus inutile terram, fufficientes, immo abundantiffimas effe pro vocatione pofitorum in conditione non eft dubitandum, cum ita præcife concludant, maxime ubi concurrant fimul omnes fupradictæ conjecturæ *Hodiern. ad Surd. decif.* 162., & infiniti ab eo allegati; *Altograd. conf.* 61., *Redenafc. conf.* 59., *Sertor. apud Carenam. refol.* 163., *Ferentil. ad Burat. dec.* 385.

41 Superflua tamen eft omnis ifta quæftio, & confideratio in fenfu

par-

partis, postquam vidimus, quod Senatus Excellentissimus jam declaravit anno 1576. omnes Agnatos esse vocatos; non poterat enim admitti Comes Joannes Jacobus in sensu contrario, nisi ex istis verbis. Igitur si admissus est virtute hujus clausulæ, necessario dicendum est per Senatum Excellentissimum declaratum fuisse Agnatos, de quibus in hac clausula, esse vocatos, & propterea cum agatur de re decisa, & definita, non potest ulterius in dubium revocari.

AD SECUNDUM.

42 NOn per hoc, quod Comes Joannes Jacobus possit dici admissus virtute hujus clausulæ, *& ubi nulli reperirentur Agnati*; non per hoc, inquam, dicendum est, hanc clausulam esse omnino evacuatam, itaut nunc non sit locus admissioni aliorum Agnatorum virtute ejusdem clausulæ, ex eo, quod jam sortita sit suum effectum, idque ex duplici inevitabili fundamento probatur, &

43 Primo ex clausula illa generali per Testatorem adjecta ibi, *& successive in infinitum modo, & ordine, quo supra*, qua clausula stante sicut videmus, quod uno admisso voluit Testator, ut finita linea Primogeniti descendentis a primo instituto succedat linea Secundigeniti, & sic successive, ita cum in nostro casu D. Marchio Theodorus alias Georgius sit descendens a Comite Jo: Jacobo admisso anno 1576., sequitur, ut extincta linea primogeniali ejusdem March. Jo: Jacobi succedat ipse.

44 Vel tamquam descendens a Marchione Paulo Alexandro secundogenito.

45 Vel tamquam de linea descensiva ejusdem primi admissi, ita ut cum sit de linea ingressa, & admissa, non agatur nunc de faciendo transitu ad novum gradum substitutionis, sed agatur de evacuanda linea substituti jam admissi, tanto magis quod secundogeniti, & descendentes ab eis veniunt, & admittuntur ad exclusionem cujuscumque substituti, etiam si vocatus sit solum primogenitus, & nulla facta sit mentio secundogeniti, ut in terminis probant Fusar. *de substit. quæst.* 391. *per totam*, *Tiraquel. de Jur. primog. q.* 3. *num.* 6., *& seq. Menoch. cons.* 752. *num.* 3.

46 Secundum fundamentum est quod dicta clausula tamquam generalis non potest unquam dici impleta ex eo, quod virtute ejusdem clausulæ fuerit aliquis agnatus admissus, & successivè ejus linea, sed debent dici omnes agnati, & omnes lineæ agnatorum vocatæ, ita ut finita etiam una linea admittenda sit altera, cum omnes lineæ debeant dici quasi compendiose, & breviloque vocatæ sub dicta clausula generali, ut plenius probabitur in §. sequenti, ubi ostenditur, quod ista substitutio non est vulgaris, sed fideicommissaria.

47 Idque eruitur non solum ex generalitate clausulæ, quæ concepta

est

est in numero plurali, & ideo dicendum est comprahendere omnem lineam agnatorum, & linearum.

48 Sed etiam quia clausula concepta est per verba negativa, & malignantis naturæ, quæ omnes includunt, & nullos excludunt, quæ omnia plenius infra probabuntur, & nunc confirmantur ex auct. *Peregrin. art.* 25. *sub num.* 14. *Actolin. resol.* 120. *num.* 25., *& seq. apud quem plures*.

49 Sed veritas est, quod Comes Jo: Jacobus anno 1576. non fuit admissus virtute dictæ clausulæ, *& ubi nulli &c.*, sed fuit admissus virtute aliarum clausularum antecedentium, quod pariter inferius plene probabitur, unde adhuc remanet dicta clausula ex integro, & plene adimplenda.

AD TERTIUM.

50 HÆc est animadversio, quæ potest quidem ad exercitationem Ingenii deduci, sed revera est omnino desperata, & destituta in facto, & in jure.

51 In facto, quia si vera esset, non debuisset admitti Comes Jo: Jacobus anno 1576., nam illa verba satis verificata fuissent in successione, quæ declarata fuit Marchioni Francisco anno 1572., sed ex facto constat, quod Senatus anno 1576. hanc clausulam non consideravit tamquam substitutionem vulgarem, relatam ad tempus deficientis primi hæredis, sed consideravit tamquam fideicommissariam, dum admisit Comitem Jo: Jacobum præmissa ratione, quod fideicommissum duret *in perpetuum*. Igitur obstat res judicata, nec possunt ad examen denuo reduci hæ quæstiones, quæ jam ex sententia Senatus decisæ, & exclusæ fuerunt.

52 In confirmationem cujus veritatis sufficiat videre ea omnia, quæ tunc temporis scripta sunt super hac quæstione tam per *Menochium in cons.* 117., *& cons.* 173., quam per quoscumq; alios, qui tunc temporis latissime scripserunt.

53 In jure, quia si agitur de fideicommisso perpetuo ex mente testatoris, & ex sententia Senatus, non constat, quomodo nunc possit dici extinctum, & caducatum interpretando pro vulgari eam substitutionem, quæ jam fideicommissaria cognita est, & nisi fideicommissaria esset non solum de præsenti, sed usque de anno 1576. debuisset omne fideicommissum dici extinctum in sensu partis adversæ.

54 Et ubi super istis verbis jam judicatum non esset, ita judicandum omnino foret, cum non sint aliquo modo restricta ad tempus mortis, sed respiciant indefinite, & indeterminate omne tempus, ut in terminis cum communi DD. probat *Fusar. quæst.* 480. *num.* 92., ubi ita in casu fortiori refert decisum, & idem *Fusar. in toto cons.* 69. ita per omnia media sustinet, & obtinuit.

55 Ratio autem est, quia sicut in conditione liberorum affirmative pro-

prolata, & indeterminate respectu temporis quandocumque liberos extare sufficit, sic etiam idem dicendum est in conditione negativa, ut contrariorum contraria sit disciplina *l. p. ff. de his, qui sunt sui*, & ut idem operetur oppositum in opposito, quod operatur propositum in proposito *l. ult. §. ult. ff. de legat.* 3., ita arguit *Peregrin. art.* 29. *num.* 9., & verba indefinita æquipollent universalibus *ad reg. l. si pluribus ff. de leg.* 2., *& l. si Domus ff. de servit. urb. præd.*, *Covar. var. resol. lib. pr. cap.* 13. *num.* 5., *&* 7.

57 Et licet aliqui distinguentes inter verba collectiva plurium personarum, & collectiva plurium graduum voluerint, quod verba collectiva solum personarum, non graduum, qualia sunt, *Agnati*, intelligenda essent per vulgarem, attamen hæc propositio ab iisdem DD. communi voto limitatur, quando aliunde constat, quod testator voluerit perpetuitatem fideicommissi, nam tunc ista verba, licet sint collectiva solum personarum, non graduum volunt extendi ad fideicommissariam, ita optime se explicat relata supradicta distinctione *Torre de Majorat. cap.* 9. §. 13. *a num.* 183. *usque ad finem*, & ita explicat *Eminentiss. de Luca de fideicom. disc.* 91. 92. 93. *ex integro*.

7 Quod autem fideicommissum in nostro casu perpetuum sit jam supra abunde rationibus, auctoritatibus, & præcisa decisione Senatus firmatum est, & rursus abundanter confirmatur ex his, quæ scribit idem *Torre ubi supra num.* 187., quod quando facta est mentio de primogenitis, dispositio dicatur perpetua, quia qualitas primogenitorum nunquam moritur, affirmat *Molin. d. lib. p. cap.* 5. *num.* 19., ubi *Addent. Castill. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 24. *& seq. Mansi. consult.* 197. *num.* 19., *& seq. lib. pr.*

58 Retinendum tamen semper est in principio, medio, & fine hujus disputationis, quod hæc quæstio (quidquid sit, an proponi possit, vel sustineri in concursu cum iis, qui prætendunt novam vocationem) nunquam excitari, aut sustineri potest cum D. Marchione Theodoro, alias Georgio, qui non petit de novo admitti, sed est descendens ex linea jam admissa, ideoque quoad ipsum quæstiones istæ omnino præjudicatæ sunt ex sententia anni 1576.

ARTICULUS SECUNDUS.

An fideicommissum Agnatitium sit.

59 ISte articulus potius facti, quam Juris est, eruitur enim litteraliter ex verbis, mens Testatoris, qualitas ab eo volita, nec indiget aliqua Juris interprætatione.

60 Constat enim, quod Testator semper vocavit Agnatos, tam ubi locutus est dispositive quam conditionaliter, ibi *substituo Agnatum meum*, ibi, *& ubi nulli reperirentur Agnati*, & ibi *primo-*

geni-

genitum Agnatæ, quod dicitur factum pro conservanda agnatione *Honded. conf.* 75. *num.* 20. *lib. pr. Surd. conf.* 96. *num.* 29. *versic. p. lib. p.*, *Præt. de interpr. ult. vol. fol.* 313. *num.* 37., *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 69. *num.* 10. *Intrigl. de substit. cent.* 3. *q.* 79 *num.* 13. *Fusar. conf.* 24. *num.* 36.

61 Constat quod ubi in defectum agnatorum descendit ad fœminas, ibi pariter vocavit Agnatam, & exinde voluit, quod ejus descendentes assumerent nomen, & cognomen familiæ Trivultiorum, *Ramon. dec.* 12. *num.* 4., ubi aliæ decis. *Fontanel. decis.* 36. *num.* 4. 5., idem *Ramon. dec.* 13. *num.* 10., *Castil. de conject. ult. vol. lib.* 5. *cap.* 133. *num.* 21. *vers. cum autem extinctis agnatis*, *Torre de success. major. p.* 1. *cap.* 25. §. 10., & 11. *Carol. Ant. De Luc. de lin. legal. art.* 10. *num.* 24., & alii apud eum *Fusar. de substit. q.* 499. *num.* 13.

62 Et hic notanda est distinctio, quando fœminæ vocantur mixtim cum masculis, vel quando vocantur post masculos; In primo enim casu non dicitur habita ratio agnationis *Saminiat. contr.* 51. *num.* 7.; In secundo vero licet vocatæ sint fœminæ, dicitur contemplata agnatio, idem *Saminiat. contr.* 14. *num.* 32., & *contr.* 52. *num.* 44.

63 Vocavit semper masculos retenta ea DD. distinctione, quod non sufficit substituere masculum, sed requiritur, quod in omni substitutione vocentur masculi, quam affert *Fusar. conf.* 174. *n.* 9., & admissa hac distinctione quæ applicatur casui, non est dubitandum, quin ex masculinitate arguatur ad agnationem, ut probant omnes, quos longa manu recenset idem *Fusar. dict. conf.* 174. *num.* 9.

64 Eosque primogenitos, qui solent ut plurimum vocari, ut dignitas familiæ, & agnationis conservetur *Andreol. contr.* 218. *num.* 14., *Kinipschild. de fideicom. cap.* 8. *num.* 127., *Torre de Majorat. p.* 1. *cap.* 41. §. 7. *fol.* 765. *num.* 74.

65 Et etiam legitimos saltem, quo usque existant legitimi, *De Luca de fideicom. disc.* 82. *sub num.* 11. *Altograd. Jun. post plures contr.* 69. *num.* 30., *Rota decis.* 193. *num.* 4. *p. pr. recent.*, & *dec.* 464. *num.* 16. *coram Ludovis.*

66 Jungitur consuetudo hujus Domus consulendi Agnationi, prout constat in fideicommisso Theodori, Gasparis, & aliorum.

67 Agitur de substantia considerabili.

68 Et de Testatore magni nominis.

69 Quæ omnia validissimum præbent argumentum Agnationis contemplatæ a Testatore, licet enim omnes tangat amor perpetui nominis, attamen hæc ambitio vehementius stringit eos, qui gloriosiores sunt, & quibus obtigit substantia considerabilis, vel meritis, vel labore quæsita, ut late exornat *Torre de Majorat. cap.* 38. §. 14. *fol.* 391.

70 Primus hæres institutus electus fuit Agnatus remotissimus distans quasi per decem gradus ad exclusionem propriarum sororum, *Fusar. conf.* 13. *num.* 8., ibi, tum quia Testator substituit

Fran-

Franciſcum, & ejus filios maſculos ſibi agnatos excluſis propriis filiabus, & aliis fœminis ſuis deſcendentibus, quod cenſetur feciſſe, ut bona conſervarentur in agnatione, *Ruin. conſ.* 150. *num.* 12. *lib.* 2., *Menoch. conſ.* 463. *num.* 6. *verſic. cæterum*, *Surd. conſ.* 96. *num.* 31.

71 Hæc omnia ad evidentiam oſtendunt agnationem contemplatam fuiſſe, & ad eam unice teſtatorem direxiſſe intentionem ſuam, ut junctis omnibus iſtis conjecturis, & adamuſſim, & ſingillatim examinatis probat *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 399. *per totam* *Urceol. conſult.* 60. *tom.* 2. *num.* 16., *Cyriac. contr.* 208. *num.* 26., *Valenzuela conſ.* 40. *num.* 30., *Carena reſol.* 128., & infiniti collecti a *Manfrella in addit. ad Capici Latro deciſ.* 127. *a num.* 11.

72 Firmata hac propoſitione, quæ ſatis clara eſt, quod hoc fideicommiſſum agnatitium ſit, neceſſarium conſequens elicitur quod nunquam poſſint admitti fœminæ nec deſcendentes ab eis, niſi poſtquam defecerit tota agnatio, vel ſaltem agnatio a teſtatore contemplata, licet enim ingens quæſtio ſit inter DD. an in primogenitura facta contemplatione Agnationis, fœminæ, ſemper, & in quocumque caſu dicendæ ſint excluſæ, ut late probat *Torre de Majorat.*, *apud quem plures etiam moderniores recenſentur cap.* 25. §. 16. *fol. mihi* 146., quod maxime procedit in primogenituris Italiæ ad differentiam primogeniorum Hiſpaniæ, *idem Torre ibidem num.* 172., attamen admittimus fœminas eſſe vocatas, ſed ubi defecerit tota agnatio, quod non repugnat conſervationi Agnationis, ut viſum eſt ex *Saminiato*, *& Fuſar. quæſt.* 499. *num.* 24., quare cum adhuc ſuperſint agnati, inanis eſt fœminarum contentio.

73 Nam fœminæ ſunt finis agnationis, & principium cognationis. ideoque non poſſunt ſuſtinere agnationem a Teſtatore conſideratam *l. pronunciatio ff. de verb. ſignificat.*, & ideo, *Beltramin. ad Ludoviſ. deciſ.* 293. *num.* 5. dicit, quod Rota noluit admittere fœminas, etiam ſi non adeſſet concurſus Maſculorum, quia agebatur de fideicommiſſo agnatitio, & fœminæ non ſunt habiles conſervare agnationem *Anſald. conſ.* 12. *num.* 113., *Seſe deciſ. Arag.* 308. *num.* 9.

74 Quod ſi Teſtator excluſit proprias ſorores cognitas, & dilectas, ut vocaret agnatum remotiſſimum per decem gradus, quanto magis dicendum eſt continuandam, & explendam eſſe lineam agnati jam admiſſi, antequam admittantur deſcendentes ex ſororibus, qui deſcendentes ſunt omnino teſtatori incogniti, & habent ſuam præciſam vocationem, & habent deſignatum locum, *poſtquam nullus exiſtat Agnatus*, ex qua deſignatione loci, & caſus recte, & inevitabiliter infertur ad excluſionem deſcendentium a Fœminis quouſque ſuperſit aliquis Agnatus, ita *Carol. Ant. De Luca de linea leg. art.* 20. *num.* 17., apud quem *Ottobon. deciſ.* 177. *num.* 10., *Gratian. diſcept.* 621. *num.* 18., *& alii*.

Addi-

75 Additur etiam, quod dum Teſtator voluit conſervationem familiæ, non ſolum præſumendum eſſe voluiſſe conſervationem generice, & vage, ſed conſervationem familiæ in patria ſua, unde non poſſunt admitti deſcendentes a fœminis omnino exteri, qui etiam ſi aſſumerent nomen Familiæ Trivultiorum, attamen non conſervarent familiam in Patria, & ſic ceſſaret ille favor publicus conſideratus in conſervatione familiæ etiam pro decore publico, dum nomen iſtud transferretur in alienas partes exemplo eorum, quæ declaravit Senatus in Cauſa Sorbellona, dum derogando fideicommiſſo, voluit tamen, quod hæc declaratio intelligeretur facta ſolum pro Creditoribus provincialibus, non pro exteris, & iterum in Cauſa Berzetta dictum fuit præferendos Creditores provinciales, licet poſteriores, urget enim ratio publica, ut omnis interpretatio pro Subditis, non pro exteris, licet etiam ſint Cives ficti, capiatur.

76 Sed hæc ad abundantiam dicta ſint, poſtquam innegabiliter conſtat de contemplatione agnationis, & conſequenter de excluſione fœminarum, & deſcendentium ab eis &c.

ARTICULUS TERTIUS.

An D. Marchioni Theodoro Agenti obſtet qualitas, quod deſcendat a Paulo Alexandro legitimato.

77 UT eruatur veritas hujus Articuli, videndum prius clare eſt in facto, ſub quibus verbis veniat nunc D. Marchio Theodorus; nam ſi verba eum admittunt, tranſitus tunc fiet ad examen alterius quæſtionis. An admiſſus ex verbis, ſit admiſſus etiam ex mente Teſtatoris.

78 Ut videamus, quænam ſint verba, quæ nunc examinanda ſunt, ſciendum eſt in facto, quod ſententia, quæ lata fuit a Senatu Excellentiſs. anno 1576. ſecuta eſt ſuper illis verbis, *& ubi deficeret linea deſcendentium dicti hæredis mei inſtituti, eo caſu ſubſtituo Agnatum meum maſculum legitimum, ut ſupra mihi in gradu proximiorem*, ut conſtat ex conſiliis *Menoch.* 137., *&* 173., qui tunc temporis ſcripſit, prout pariter conſtat ex omnibus aliis DD., qui tunc temporis in ea cauſa ſcripſerunt, ut ex libro inſcripto, *Conſilia pro Trivultiis*, nam Marchio Franciſcus, Pater hæredis inſtituti anno 1572. admiſſus fuit tamquam agnatus proximior Teſtatoris vocatus in eo caſu, ubi deficeret linea deſcendentium hæredis inſtituti.

79 Si Comes Jo. Jacobus *anno* 1576. admiſſus fuit ex illis verbis, *ſubſtituo Agnatum meum mihi in gradu proximiorem*, cæteri deſcendentes ab eo, qui hucuſque vixerunt, gaviſi ſunt eodem fideicommiſſo ex ſequentibus verbis, ibi, *& ei ſubſtituo ejus primogenitum uſque in infinitum*, nam ex iſtis verbis, & ex natura primogenituræ ſemper eſt vocatus primogenitus ex primo-

ge-

genito, ut late explicat post alios *Torre de Majorat. cap.* 5. §. 3. *sub num.* 23. *fol. mihi* 26.

80 Sequitur Testator addendo hæc verba *ordine, quo supra*.

81 Videndum igitur erit, qualis fuerit ordo supra a Testatore præscriptus; cum enim velit repetitionem ejusdem ordinis etiam in hoc casu, necessario dicendum erit repetitos esse hic omnes gradus substitutionum, qui facti fuerunt supra, hæc enim est natura clausulæ repetitivæ, ut repetat omnia antecedentia, *Barbos. de dict. disc.* 441. *per totam, de Luca de fideicom. disc.* 32. *num.* 9. *Torre de majorat. p. pr. cap.* 41. §. 7. *n.* 91. *fol.* 768.

82 Sed supra videmus, quod post primogenitum, & primogeniti filios, vocat alium filium natu majorem, natum post primogenitum, *& successive primogenitum dicti substituti, si aderit, & successive primogenitos usque in infinitum*, ergo omnes supradictæ dispositiones debent dici, & revera sunt repetitæ in eo casu, & in hoc loco ex clausula illa *ordine quo supra Fab. de Anna consl.* 28. *lib. pr.*, *Altograd. consl.* 78. *num.* 4., *Redenasch. consl.* 30. *num.* 101., maxime cum hoc sit de natura primogenii, & fideicommissi perpetui.

83 Data supradicta repetitione dispositionis, videmus nullam legi clausulam, quæ excludat puros, & simplices naturales, nam sive sumamus illud verbum *Filium*, sive sumamus illud verbum, *Primogenitum*, sunt omnia verba naturæ, non juris, & ideo sub illis compræhenduntur etiam simplices naturales, ut probat *Bald. consf* 373. *num.* 6. *vol. pr.*, *Ciarlin. p.* 2. *cap.* 172. *num.* 39., *& num.* 77., & maxime cum nulli superexistant legitimi *ad text. in l. ultim. Cod. de Jure deliber.*, *l. hæreditas* §. *ult. ff. ad Trebell.*, *Fusar. quæst.* 314. *num.* 11.

84 Verum ubi etiam dubitari posset, an sub dictis verbis veniant simplices naturales, & spurii, hoc tamen certum est, quod ex illis verbis nullo modo excluduntur legitimati, nam ii omnino admittuntur etiam in fideicommissis, & primogeniis, in quibus vocantur agnati.

85 Legitimati enim agnationem conservant, ut de communi *Bursat. consf.* 98. *num.* 22., *Berett. consf.* 116. *num.* 55., *Roland. consf.* 67. *num.* 24 *lib.* 3., *Menoch. consf.* 1286. *num.* 24., *Intrigliol. de feud. cent.* 2. *art. pr. num.* 268., *Rustic. in l. cum avus lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 188. *de condit.*, *& demonstr.*, *Thomasius de legitimat. tit.* 14. *cap.* 26. *num* 889.

86 Nam legitimatus quoad succedendum agnascitur, §. *sit igitur licentia auth.*, *quibus mod. nat. effic. legit.* de communi *Ruin. consf.* 75. *num.* 11. *consf.* 87. *num.* 23. de communi *Socin. Jun. consf.* 142. *num.* 34. *lib. pr.* de magis communi in legitimato per rescriptum *Lambert. de contract. Glos.* 19. *num.* 9., *Cephal. consf.* 167. *num.* 3., *& consf.* 403. *num.* 3. *Honded. consf.* 83. *num.* 24., *&* 25. *lib.* 3., & sexcentum quos allegat *Thomasf. de num.* 9. *lib.* 2., & quod agnationem conservant *Roland. consf.* 67. *legitim. tit.* 14. *cap.* 9. *num.* 78.

87 Quod maxime procedit, ubi non concurrant cum agnatis legitimis,

mis, sed eis deficientibus concurrant solum cum Cognatis, nam hic est ordo juris, ut deficientibus legitimis admittantur legitimati, *Alex. in l. ex facto §. si quis rogatus ff. ad Trebell. sub num.* 16., *Peregrin. de fideicom. art.* 22. *sub num.* 80., *Gratian. discept. forens. cap.* 218. *num.* 17., *Peregrin. cons.* 54. *n.* 5.

88 Et inter recentiores *Gratian.*, & ibi *De Luca cap.* 673. *per totum*, *Addent. ad Sanfelic. decis.* 342., *Mart. voto Pisan.* 94., *Sperel. decis.* 73. *num.* 25., *& seq.*, *Cyriac. controv.* 208., ubi, quod dicuntur de Domo, succedunt active, & passive, familiam conservant, prout legitimi, efficiuntur nobiles, & illustres juxta paternam nobilitatem, & admittuntur ad fideicommissum favore nobilium de Domo ordinatum.

89 Et ita decisum pluries per *Rot. Rom.*, *ut habetur ex decis. ejusdem recent. decis.* 85. *part.* 15., *& decis.* 173. *part.* 19., *ubi plures moderniores*.

90 Quæ a fortiori procedunt in casu nostro, in quo Testator loquitur per verba universalia negativa, *& ubi nulli reperirentur Agnati*.

91 Dato enim millies per impossibile, quod legitimati non sint agnati ejusdem farinæ, & qualitatis, ac sunt ii, qui per omnes gradus sunt legitimi, attamen negari, non potest, quin sint aliquo modo agnati, & magis agnati, quam descendentes ex fœminis, qui nullo modo sunt agnati. Itaque cum supersint isti, qui aliquo modo sunt agnati, nunquam potest dici evacuata, & verificata, illa voluntas Testatoris explicata, in illis verbis, *& ubi nulli Borgnin. decis.* 17. *num. pr. part.* 3., *Cyriac. contr. forens.* 365. *num.* 51. negativa enim totum totaliter destruit, & tollit *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 12. *tit.* 14. *num.* 13., *Peregrin. de fideicom. art.* 25. *num.* 14., ubi quod dum aliquis etiam improprie talis existat, locus esse non potest ulteriori vocationi, *Bardellon. cons.* 81. *num.* 12., *Thesaur. decis.* 188. *num.* 7. *Peregrin. de fideicom. art.* 22. *num.* 80.

92 Et in terminis similibus loquitur *Torre de majorat. p. pr. cap.* 41. §. 7. *num.* 103. *fol.* 769, ibi, cui assertioni adstipulatur etiam expressio, *& si nullus adesset consanguineus* talis enim dictio *nullus* est universalis negativa, quæ restrictionem non patitur, & futurum, & infinitum tempus comprændit, omnesque prorsus de gente Pallavicina in quolibet gradu existentes complectitur. *Venturin. cons.* 30. *n.* 23., ubi quod negativa magis negat, quam affirmativa affirmat *l. hoc genus, ubi DD. ff. de condit.*, *& demonstrat*; unde a dispositione negativa nullus casus excipitur, *Berous cons.* 117. *num.* 5. *vol.* 2., *Surd. decis.* 143. *num.* 7. *Beret. cons.* 18. *num.* 47., *& seq.*

93 Ideoque cum naturales sint agnati, *Bart. in l. fin. sub num. pr.*, *C. de verb. signif.*, *& in tract. de Insign.*, *& arm. num.* 11., *Bald. cons.* 441. *col. pr. vol.* 3., *Marta de success. leg. p.* 4. *quæst.* 21. *art.* 5. *num.* 11., *&* 12., & semper videndus *Peregrin. cons.* 54. *num.* 4. *lib.* 2., ubi quod naturales juxta communi-

mu-

munem usum sunt de familia, portant eadem arma, praesertim si accessit legitimatio, ut in nostro casu, per quam restitui dicuntur ad honores, & dignitates, & habentur, ac si legitimi nati essent *ad text. in l. qui in Provincia* 57. *ff. de ritu nupt. in fine*, *Rot. recent. decis.* 173. *part.* 19.

94 Consequenter sunt in hac dispositione vocati.

95 Nec potest dici, quod semper subintelligenda sit qualitas legitimitatis, & nativitatis de legitimo Matrimonio, quae legitur tam in primo, quam in ultimo casu substitutionum.

96 Nam pro exclusione repetitionis advertendum prius est in facto, quod testator voluit quidem repetere ordinem, sed non per hoc voluit repetere modum, *non enim dicit modo, & ordine quo supra*, pro ut dixit in casu foeminarum, sed simpliciter dixit *ordine quo supra*, unde cum repetitio volita a Testatore sit restricta ad ordinem, non debet extendi ad modum, & ad qualitates a testatore in aliis substitutionibus requisitas.

97 In jure autem inevitabiliter sunt fundamenta, quae afferuntur pro exclusione repetitionis, qualia sunt, &

98 Primo, quia regula stat pro hujus repetitionis exclusione, ita enim firmat *Anna conf.* 22., *Jas. conf.* 142. *num.* 5. *versic.* 8. *in favorem lib.* 2., *Curt. Jun. conf.* 49. *num.* 7. *vers. ex praemissis*, *Corn. conf.* 230. *num.* 6. *post princ. lib.* 3., *Paris. conf.* 35. *num.* 16. 17. 18. *lib.* 3. *Soc. Jun. conf.* 100. *num.* 20. *lib.* 1., *& conf.* 2. *num.* 14., *& infra*, *& conf.* 158. *num.* 39. 40. 41. *lib.* 2. *Rim. Jun. conf.* 80. *num.* 21., *Bertazol. conf.* 96. *per tot. in civil.*, *Gabr. conf.* 97. *num.* 28. *vers. tamen vereor lib.* 1., *Honded. conf.* 57. *num.* 32., *& seqq. lib.* 1., *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 10., *Castill. controv. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 27., *& seq.*, *Fusar. de substit. quaest.* 403. *num* 6. *vers. secunda est*, *& conf.* 66. *num.* 3., *Rot. Rom. decis.* 354. *num.* 6. *in recent. part.* 2., *Barbos. de appell. verb. signif. appell.* 99. *num.* 59. *vers. contrarium Addend. ad Ludovis. decis.* 514. *num.* 17., ubi ait, Rotam in dubio hanc opinionem pro exclusione repetitionis tenere, *Add. ad Burat. decis.* 282. *num.* 19. *Giovagnon. conf.* 82. *num.* 128. *lib.* 1., ubi quod regula haec negativa praevalet affirmativae.

99 Secundo, quia sumus in materia odiosa, tum quia agitur de fideicommisso, tum quia si fieret dicta repetitio, dispositio Testatoris magis juri communi repugnaret dum excluderentur legitimati, qui de jure communi succedunt una cum legitimis *l. Lucius §. filius ff. de leg.* 2., quo casu plures voluere repetitionem hanc admittendam non esse, *Deci. conf.* 567. *num.* 6. 7., *Caephal. conf.* 68. *num.* 16., *Marzar. conf.* 8. *num.* 13., *Bero. conf.* 120. *num.* 69. *lib.* 2., *Menoch. conf.* 171. *num.* 21., *& conf.* 315. *num.* 14 15., *Bertazol. conf.* 96. *num.* 19., *Barzi decis.* 119. *num.* 6., *Giovagnon. d. conf.* 82. *num.* 128.

100 Tertio, quia in illis verbis, *& ubi nulli*, agitur de verbis conditionalibus non dispositivis; in quibus hujusmodi repetitio fieri

fieri non debet *Peregrin. conf.* 41. *num.* 21. *lib.* 5., & aliis allegatis *Fusar. de subst. quæst.* 403. *num.* 32.

101 Quarto, quia non admittitur repetitio, ubi orationes sunt diversæ, etiamsi adessent dictiones repetitivæ, *Bart. in l. in repetendis de leg.* 3., *Paris. conf.* 38. *num.* 23. 24., *&* 28. *lib.* 2., *Menoch. conf.* 11 *num.* 25., *Decian. conf.* 17. *num.* 34. *lib.* 1, at in casu nostro orationes sunt diversæ, quia omnes habent suum proprium verbum, nam prima regitur a verbo *substituo*, altera a verbo, *ubi nulli reperirentur Agnati*, *Bald. conf.* 362. *paulo post med. vers.*, *&* *duo verba principalia lib.* 1., *Bellon. conf.* 71. *num.* 9. *vers.*, *sed hic sunt*, *Honded. conf.* 4. *n.* 32. *lib.* 1., *Rot. divers. decis.* 662. *num.* 2. *part.* 1., & in fortioribus terminis *Bald. dict. conf.* 362. *vers. ex quibus sic concluditur lib.* 1., *Crass. recept. sentent.* §. *Jus accrescendi quæst.* 4. *num.* 2., *Altograd. conf.* 54. *num.* 28. *lib.* 1.

102 Quinto, quia in tota hac testamenti serie ubi testator filios tantum natos ex legitimo Matrimonio admitti voluit, exprimere scivit, ergo dum descendentes simpliciter nominavit, censendum non est eum legitimatos excludere voluisse, *Alex. conf.* 38. *num.* 8. *vers. præterea indistincte lib.* 6., *Curt. Sen. conf.* 63. *num.* 14. *in fine vers.* 8. *respondetur*, *&* *num.* 15., *Bologn. egregie conf.* 53. *n.* 17. *inter conf.*, *Alex. lib.* 4., cui se subscripserunt plurimi insignes J. C. *Curt. Jun. conf.* 163. *num.* 18., *Vegg. conf.* 65. *num.* 36., *Honded. conf.* 57. *num.* 32., *&* 43. *vers. & quia lib.* 1., *Marcabr. conf.* 37. *num.* 58., *&* 59., & bene *Add. ad Ludovis. dict. decis.* 514. *num.* 17., & in terminis *Rot. Rom. decis.* 85. *part.* 15. *recent.* = ibi = *cumque in hac substitutione Testator non expresserit hanc qualitatem, quod proximiores essent nati de legitimo Matrimonio, censetur illum consulto omisisse*, *Surdus conf.* 200. *num.* 23., *Bardellon. conf.* 21. *num.* 50., *Ottobon. decis.* 252. *num.* 8.

103 Sexto quia conclusio habens qualitatem appositam in una parte testamenti censeri in alia repetitam, procedit in qualitate masculinitatis propter conservandam familiam, cujus perpetuitati quisque studere censetur, sicut etiam procedit in conditione viduitatis, apposita legato facto uxori, nam ob votum Maritorum hæc semper intelligitur repetita etiam in aliis legatis eidem uxori factis, ut tradit *Castr. conf.* 11. *in fin. vol.* 2., *&* *Ruin conf.* 84. *lib.* 2., & specialiter tantum in dictis duobus casibus procedit ob rationes hic supra expressas, ex quo sequitur in aliis casibus, & præcipue in terminis nostris videlicet qualitatis nativitatis de legitimo Matrimonio, hujusmodi repetitionem fieri non posse, saltem inter diversas orationes, ut in puncto omnino videndus, dixit *Pancirol. conf.* 169. *num.* 10., 11., *Socin. Sen. conf.* 63. *num.* 19. 20. 21., *&* 22. *vol.* 3., & late *Bertazol. conf. civil.* 94. *num.* 8. 9. 10., *&* *per tot.*, *Fusar. de subst. q.* 450. *num.* 12.

104 Et ista multo magis procedunt, dum Testator in secunda dictæ

alternativæ parte loquutus fuit per verba universalia ibi, *ubi nulli reperirentur Agnati*; cum enim Testator voluerit nullum agnatum superextare, sequitur dictorum agnatorum appellatione etiam legitimatos venire, & dictam repetitionem fieri non debere, ut optime omnino videndus *Anchar. cons.* 68. *ante num.* 3., *Alex. cons.* 17. *num.* 11. *lib.* 7., *Peregrin. de fideic. art.* 25. *num.* 36., *Sim. de Præt. de interpret. ult. volunt. pag.* 147. *num.* 82.

105 Septimo demum, quia in Testamentis plena, & larga, non autem stricta interpraetatio facienda est, *ut l. in testamentis ff. de reg. jur.*, *C. cum dilectus de donat.* in puncto dixit, *Ancharan.* 225. *num.* 7., & a propria verborum significatione recedendum non est, nisi subsit aliqua evidens ratio, quæ ex mente Testatoris contrarium suadeat, *l. non aliter ff. de leg.* 3. in terminis, *Abb. cons.* 40. *num.* 2. *lib.* 1., at hic nulla ratio considerari potest, cur Testator voluerit legitimatos nullo pacto succedere, nam legitimati habentur, ac si vere essent filii legitimi, & illi etiam honorum, & dignitatum sunt sicut alii capaces, *C. innotuit de elect.*, *Ancar. d. cons.* 225. *num.* 7., item legitimati eodem modo, ac legitimi familiæ agnationem conservant, & post alios, qui allegari possent, dixit *Decian. d. cons.* 3. *n.* 87. *lib.* 1., ideo dicendum est qualitatem illam de legitimo Matrimonio a Testatore appositam primo loco, significare, ut illi prius succedere debeant, & præferri legitimatis, sed illis non extantibus intentio Testatoris fuit, ut etiam legitimati succederent, dum dictam qualitatem minime in dispositione, de qua agitur, repetivit, ita in puncto dixit *Soc. Sen. d. cons.* 63. *num.* 20. *lib.* 3. & omnino videndus *Ruin. cons.* 120. *num.* 12. *per tot. vol.* 1., *&* *cons.* 161. *n.* 20. *lib.* 2., & est etiam doctrina *Imolæ in l. ex facto §. si quis rogatus vol.* 3. *ff. ad Trebell.*, quem sequitur *Alex. ibidem num.* 15. *vers. quid autem*, maxime cum hic agatur de Testamento transversalis, non autem ascendentis, in quo hujusmodi repetitio difficilius admittitur, ut per *Sim. de Præt. d. pag.* 147. *num.* 80.

106 Et ita pro exclusione repetitionis judicatum est.

107 Per *Rot. Rom.*, ut refert *Cyriac. in controv.* 209. *num.* 27., *&* *Giovagnon. in cons.* 21., *&* *rursus habetur in recent. decis.* 85. *part.* 15.

108 Per Sacram Regiam Audientiam Valentinam apud *Franciscum Hieronymum de Leonibus decis.* 94. *num.* 26. *cum plurib. seq.*

109 Per Senatum nostrum Excellentissimum Mediolani in famigerata causa Abdua, in qua omnes illius temporis Advocati scripserunt, & acerrime discussa Causa, fuit pro exclusione repetitionis in terminis etiam debelioribus judicatum.

110 Et licet *Menoch. tam in cons.* 117., *quam in cons.* 173. enixe arguat pro repetitione hujus qualitatis, attamen casus, qui tunc disputabatur, satis diversus erat a præsenti, nam ibi concurrebant naturales ad exclusionem Agnati legitimi, hic autem

nullus

nullus datur concursus, quæ differentia quantum in jure præponderet, nemo est, qui non videat ex *text. in l. ult. C. de Jure deliber. l. hæreditas §. ultimo ff. ad Trebell.*, *Fusar. quæst.* 314. *num.* 11., & aliis supra pluribus locis allegatis *Rot. in recent. p.* 2. *decis.* 116. dicens, censuerunt illegitimos non fuisse semper exclusos, sed solum in concursu legitimorum, *Gratian. discept.* 218. *num.* 25.

111 Immo si recognoscatur casus ille, qui tunc temporis disputabatur, duæ elegantissimæ insurgunt animadversiones retinendæ pro decisione casus nostri.

112 Prima animadversio ea est, quod licet naturales tunc temporis haberent in concursu agnatos legitimos, attamen accerrime causam sustinuerant, & demum eorum petitio fuit transactione sopita, unde si aliquid habuerunt simplices naturales, in concursu cum legitimis, quid sperandum nunc erit legitimis descendentibus a legitimato, & deficiente omni concursu legitimorum?

113 Secunda animadversio est, quod Theodorus alias Jo: Jacobus, qui ex sententia anni 1576 fuit admissus, non solum erat legitimus, sed etiam erat proximior testatori, quam non essent, nec Raphael, nec Nicolaus, ut patet ex computatione graduum, & ideo illa sententia bene sequi potuit, non solum ex ratione concursus cum legitimis, sed etiam ex majori proximitate, quare cum sint assignabiles diversæ rationes, nec sententia nobis aperiat, ex qua magis secuta sit, constat non posse nobis objici rem judicatam.

114 Quod si de ea sententia agendum est, optime favet Principali meo, dum exclusa fuit Barbara filia legitima, ex quo cognoscimus locum non esse fœminis, nec descendentibus ab eis, quo usque superexistant Agnati.

115 Quod si ommissa sententia anni 1576. jus fieret super sententia ultimo loco sequuta super fideicommisso Gasparis.

116 Illa pariter non obstat, tum quia secuta in concursu cum Capitaneo D. Carolo legitimo, tum quia ex littera testamenti præcise excludebantur legitimati, unde non erat locus quæstioni Juris, quando hæc erat omnino præjudicata ex voluntate testatoris.

117 Hæc clarissima essent, ubi ageretur in præsenti de admittendo legitimato, prout agebatur anno 1576.

118 A fortiori tamen in nostro casu res procedit, quia Marchio Theodorus, qui de præsenti concurrit, est legitimus, & de legitimo matrimonio natus, & ideo habet omnia requisita, quæ desiderari possent etiam in supposito, quod has qualitates Testator voluisset, ex *text. in l.* 2. *ff. de auro, & argento leg.*, *& in l. Prætor ait, ff. de vi bon. rapt.*, & pluribus aliis textibus, & auctoritatibus probat *Urceol. consult. forens. cap.* 57. *num.* 24. 25.

119 Nec obstat, quod descendat a Paulo Alexandro legitimato, quia

67 Hujus Decreti fequeftrum obtinuit D. Marchio Trivultius, adhibitoque etiam juxta Decretum Senatus Peritorum juditio, refultavit ipfius fubfcriptionis, & Decreti falfitas; ut ex Documentis productis in hoc Judicio a num. 6. ad 10., & proinde D. Princeps Eftenfis debuit renunciare illi decreto, ut ex ejus precibus, incipientibus: *Nulla ex his §. Qua in re*, ubi refpondit, *uti nolle eodem Decreto*.

68 Renovavit de anno 1720. D. Princeps Eftenfis Recurfum ad Cæfaream Majeftatem, ibique iterum mentionem faciens de Decreto D. Senatoris Redenafchi, & reticens, quod illi renunciaffet, reportavit Refcriptum diei 24. Julii 1720. excitans Senatum ad informandum, verum anno 1722. emanavit fequens Sententia =

27. Julii 1722.

Cenfuit Senatus: *Non effe in cafu petitæ revifionis ex Gratia, non obftantibus deductis; data in hunc fenfum Confultatione Suæ R. C. M., & Suæ Excellentiæ, juxta mentem Senatus, quam tenet Magnificus de Efmandia &c. Salarium pro medietate &c.*

69 Prout de facto exarata fuit confultatio, in qua exponebatur Augustiffimo Cæfari refiftere leges municipales: perniciofiffimi exempli fore, fi exclufa revifione ex juftitia, ipfa daretur ex gratia; fi res judicata, & per annos tunc 25. (nunc 80.) executa ad difcrimen vocetur, nullum futurum litium, & difpen-

pendiorum finem, nullam in familiis securitatem, nullam Sententiis fidem, nullam contractibus firmitatem.

70 At cum Viennæ Austriæ, tempore quo proponebatur contraria Consultatio Senatus Excellentissimi, D. Princeps Estensis inscio, inauditoque Marchione Trivultio exposuerit Augustissimo Cæsari, assertam prævaricationem D. J. C. Francisci de Nigris, eamque prævaricationem adscripserit Sententiæ anni 1697., quin de asserta prævaricatione, nec vivente ipso J. C. de Nigris, qui supervixerat annis octo, nec Mediolani post ejus obitum usque ad annum 1722. verbum unquam fecisset, datum est eidem D. Principi Estensi, Decretum Revisionis subripere, medio Regio Diplomate diei 7. Februarii 1726. ibi = *Hé venido en concederle por gracia especial la revision de la mencionada Sentencia del Senado proferida el dia viente y siéte (28) de Junio del anno mil seicentos novénta y siéte.*

71 Quæ tamen memorat D. Marchio Trivultius, non quia revisionem reformidet, sed quia in dictis replicatis revisionum judiciis jam adductæ fuerunt eæ metipsæ accusationes, & objecta, quæ nunc reproponuntur circa numerum, & interventum DD. Senatorum in Sententia anni 1697. quæve jam profligatæ sunt a D. Marchione Trivultio, & flocci factæ a Senatu Excellentissimo per contraria superius relata judicata.

72 Ab anno 1726. ad annum 1728. perfecta sunt acta judicii revisionis, quibus finem dederunt Dupplicationes D. Marchionis Theodori Alexandri Trivultii 21. Maii 1728., quæ assertam prævaricationem, aliaque adversaria objecta tam evidenter confutarunt, ut a dicto Principe Don Sigismundo Estense, ejusque Patrocinatoribus voluntatem omnem, & desiderium depulerint curandæ expeditionis Causæ, quam proinde silentio annorum 43. commendarunt.

73 Huc usque facti seriem recensuimus, nunc ad objectorum resolutionem descendamus. Objicit itaque primo Pars adversa, modicum fuisse numerum DD. Senatorum, qui votum tulerunt in relata Sententia 28. Junii 1697.

74 Veruntamen libellus dierum utilium anni 1697. probat quod demptis iis qui abstinuerunt, iisque qui prætorium munus sustinebant Cremonæ, & Papiæ, adhuc interfuerunt octo Senatores, nempe:

Illustrissimi DD. Lucas Pertusatus Præses.
Fabritius Aloysius Pusterla.
Joseph de Lejza Eraso.
Cæsar Vicecomes Relator Causæ.
Sigismundus Calcus.
Bartholomeus Olevanus.
Cæsar Paganus.
Joannes Pinachius.

75 Objicit secundo: Pars adversa votum tulisse Amplissimum D. Senatorem Calcum, qui fuisset Advocatus D. Principis Trivultii,

&

& propterea abstinuisset a Sententia in puncto legitimationis anni 1696.

76 Vana tamen est objectio, quia præter quamquod D. Sigismundus Calcus non fuerat Advocatus D. Principis Gallii Trivultii in hac causa & ad alias peculiares circumstantias referenda erat asserta abstentio in causa legitimationis, satis est dicere quod propositis in Senatu Excellentissimo Precibus D. Principis Gallii Trivultii super antedicto dubio die 3. Junii 1697. = *dictum fuit*: *Spectabilem Senatorem Calcum intervenire debere*, ut constat ex eis precibus, & decreto inserto in Sententia 28. Junii 1697. producta sub n. 1. fol. 378. tergo.

77 Objicit Tertio: Interventum D. Senatoris Pagani, quia similem articulum habuisset.

78 Sed insubsistens esse debebat suspicio D. Senatoris Pagani, cum diversa esset illius causa, jamque sopita per Transactionem, qua legitimatus consecutus erat fere medietatem substantiæ, utcumque esset in concursu legitimi ex legitimo matrimonio, & de linea similiter qualificata, & ageretur de Testatore vocante lineam legitimam, & de legitimo Matrimonio natam, & procreatam, ut constat ex Respons. Amplissimi Picenardi post Sadarin., & Redenasch. *Cons.* 6., *&* 7. proposito namque etiam hujus Suspicionis puncto in Senatu Excellentissimo, Decretum fuit, ut sequitur = 22. *Junii* 1697. =

79 *Acto in Excellmo Senatu Mediolani an Magnificus Senator Marchio Paganus deberet intervenire, & ferre Sententiam in Causa vertente inter Principem Trivultium Galliam ex una, & Marchionem Trivultium, & alios actores ex altera, cum ipse Magnificus Marchio Senator recessisset; Decrevit Senatus: debere intervenire, & ferre Sententiam.*

80 Objicit quarto: Jura Principis Estensis non fuisse posita in claris: uno verbo, causam non fuisse bene defensam.

81 Pro confutatione sufficit advertere quantum opibus, aliisque excelleret D. Princeps Sigismundus Franciscus Estensis, qualesque viri pro eo causam egerint, & dixerint; equidem pro eo causam advocarunt

82 Aloysius Carcellus, exinde ad Cathedram Senatoriam evectus.

83 Franciscus Benignus.

84 Aloysius Mansi, cujus scripta in hac causa extant inter ejus consultationes *Tom.* 5. *Consul.* 453. *ad* 462.

85 Hieronymus de Nigris.

86 Vincentius Bondenus Præses Senatus Montis Ferrati, cujus Opera Typis impressa extant.

87 Prout constat ex fasciculo Allegationum productarum sub n. 13.

88 Objicit quinto: Legitimationem anni 1561. restrictam esse ad succedendum in bonis Patris, immo esse derogatam ex posteriori Regia legitimatione anni 1565.

89 Sed nec subsistit restrictio, nec proponi potest derogatio.

Con-

90 Conditio quidem adjicitur anno 1561., ne quidquam filius petere possit in bonis Patris, nisi in quantum ei fuerit a Patre relictum, hæc tamen conditio non tollit quoad personam, aliosque civiles effectus plenitudinem legitimationis. En illius verba.

91 *Expositum fuit per Illustrissimum Comitem Joannem Jacobum Trivultium fil. qu. Illustriss. Com. Hieronymi = quod habet filium masculum naturalem nominatum Paulum, qui quandoque etiam dicitur Alexander ibidem præsentem, natum scilicet ex eo Ill. Com. tunc* SOLUTO, ET SOLUTA, *& ætatis annorum undecim, vel circa, prout etiam ex ejus corporali aspectu dignoscitur = quodve cupit in quocumque casu eum Paulum, qui & Alexander ut supra dicitur, legitimari, & ad* PRIMÆVA JURA NATURÆ REDUCI, ET AC SI DE VERO LEGITIMO MATRIMONIO NATUS ESSET, *ita tamen quod propter dictam legitimationem eidem Paulo dicto Alexandro super* BONIS IPSIUS ILL. COM. JOANNIS JACOBI *nullum jus prorsus aquiratur = tenore præsentium legitimavit, & legitimat dictum Paulum Alexandrum ibidem præsentem, & petentem, ac genibus flexis pariter constitutum ut supra, eumque Paulum Alexandrum restituit* JURI LEGITIMO ANTIQUO, ET PRIMÆVO JURI NATURÆ, OMNEM MACULAM, ET DEFECTUM NATALIUM GENITURÆ PENITUS ABSTERGENDO, ET ABOLENDO QUAMCUMQUE MACULAM GENITURÆ, QUANTACUMQUE SIT, SEU ESSE REPERIATUR PENITUS, ET IN TOTUM, *ipsumque Paulum Alexandrum filium præfati Ill. Com. Jo. Jacobi habilitavit, & habilitat, habilemque fecit, & facit, & reddit ad illam successionem bonorum præfati Ill. Comitis ejus Patris, quæ sibi placuerit, & in omnibus, & per omnia prout per eum Illustriss. Comitem Joannem Jacobum ordinatum fuerit, seu ordinabitur tam per viam Testamenti, & ultimæ voluntatis, quam aliter, & non ultra, & juxta formam Litterarum Senatus Excellentissimi concessarum ad supplicationem præfati Illustriss. Com. Jo. Jacobi, de quibus infra, & alios quoscunque actus legitimos honores, & dignitates, &* AD ALIA QUÆLIBET LEGITIMA JURA, *omniaque jura, & dignitates eidem Paulo Alexandro contulit, confert, & dat, seu habilem reddit, & constituit, & ita, & taliter quod ipse Paulus Alexander* DE CÆTERO *habeatur, tractetur, & reputetur, & haberi, tractari, & reputari, debeat per quoscunque, & ubique locorum* PERINDE AC SI DE LEGITIMO THORO, ET MATRIMONIO PROCREATUS, ET NATUS FUISSET, *nulla prorsus exceptione obstante, & succedat ut supra, & non ultra*, nempe respectu Bonorum Patris non ultra id, quod a Patre sibi relinqueretur.

92 Conformisque est etiam supplicatio porrecta Senatui Exmo. ibi inserta = *Cupit dictum filium naturalem* VALIDE *legitimare ita tamen quod propter dictam legitimationem nullum jus ipsi Paulo, qui, & Alexander dicitur, acquiratur super* BONIS *Supplicantis, sed quod sit in arbitrio ipsius Supplicantis eidem legitimando relinquendi = legitimare*, ET AD PRIMÆVA JURA NATURÆ

RÆ IN AMPLA FORMA RESTITUERE, & *quod ipſe legitimandus dicto Supplicanti ex Teſtamento tantum ſuccedat*.

Legitimatio autem Regia anni 1565. impetrata potiſſimum *ad omnes, & ſingulos actus, & honores legitimos, quos eidem illicita procreatio abſtulerat*, & iterum ibi = *Legitimamus & ad omnes, & ſingulos honores, officia, actus, & alia quævis honorum, & officiorum jura, titulos, & dignitates legitimos, quos illicita procreatio ipſi abſtulerat, ut præfertur, reſtituimus, & habilitamus, habilemque, & capacem pænitus reddimus, & facimus, taliterque tamquam legitimus, & de legitimo Thoro procreatus, & ſuſceptus poſſit, & valeat liberè, & impunè uti, & gaudere omnibus, & ſingulis honoribus, titulis, officiis, dignitatibus, gratiis, privilegiis, prerogativis, & aliis, quibus cæteri legitimi, & de legitimo matrimonio procreati, & nati uti, frui, & gaudere poſſunt, illicitæ prolis objectione impoſterum quieſcente*: hæc inquam legitimatio utcunque contineat clauſulam, quod Rex non intelligebat derogare juri alicui competenti, attamen nullum præjudicium attulit, aut receſſum a priori legitimatione, prout, conteſtato articulo, decidit Senatus Exm̃us 17. Decembris 1696., ſicuti ſupra vidimus num. 40.

94 Objicit ſexto: Pars adverſa antedictam Sententiam proceſſiſſe ex renunciatione, & prævaricatione dicti J. C. Nigri ſui tunc Procuratoris.

95 Porro ſomnium eſt quod Sententia proceſſerit ex renuntiatione D. Nigri, cum plures eſſent in cauſa, qui non renunciaverant, & proinde Senatus Exm̃us in omnes citatos Sententiam tulit abſolutam, & non innixam renuntiationi D. J. C. Nigri.

96 Emanaverat in ea quæſtione ſequens Sententia.

1694. 30. Julii: Referente Magnifico Olevano = *C. S. non eſſe locum novæ commiſſioni, ſed Partes facere debere ſua incumbentia coram Magnif. Vicecomite ſuper articulo legitimationis Pauli Alexandri Trivultii, & per Magn. Vicecomitem primo loco proponendum eſſe hunc articulum* CITATIS OMNIBUS INTERESSE HABENTIBUS IN FIDEICOMMISSIS FAMILIÆ TRIVULTIÆ ACTU PENDENTIBUS CORAM SENATU, *præſente etiam Magnifico futuro Commiſſario ſubrogando in locum Magnif. Trotti, non obſtantibus deductis &c.*

97 Citati itaque fuerunt inſtantibus tum ipſo D. Principe Eſtenſi, tum DD. Conſortibus Moles, atque iterum citati peremptoriè, iſtante D. March. Trivultio, nec tamen renuntiaverant nobilitate, & opibus florentiſſimi Viri, nempe.

98 Dux, & Marchio Don Joſeph Serra.

Comites Don Carolus, & Don Gibertus Fratres Borromei.

99 Comes Ludovicus, & Joannes Fratres de Barbiano de Belgiojoſio, a quo quidem Comite Joanne deſcendunt moderni DD. Adverſarii.

Comes Galeottus, & Eques Don Cæſar Fratres de Barbiano de Belgiojoſio.

Co-

Comes Joseph Maria Arconatus.
Jo: Baptista, & Fratres de Trivultiis.

99 Et somnium pariter est assertus deffectus mandati in D. J. C. de Nigris ad renunciandum articulo, quem primus elevaverat D. Princeps Gallia Trivultius, proinde ac si Procurator ad lites male cœptam oppositionem teneretur prosequi usque ad succumbentiam, aut inter agenda ad lites non recenserentur etiam renunciationes articulorum male excitatorum, aut in J. C. de Nigris deficerent specialia Mandata, quæ divinari teneretur D. Marchio Trivultius, aut credibile sit, eum non omnia participasse Principali suo, cui tradita dici debet etiam scriptura conventionis ab adverso producta, aut demum deficeret generalitas Mandati ibi = *& demum ad dicendum, faciendum, & procurandum, ea omnia, quæ in prædictis, & circa prædicta erunt necessaria, & opportuna, etiam si talia essent, quæ exigerent Mandatum magis speciale, quam sit in præsenti expressum, & sicut faceret, & facere posset dictus Excell. D. Princeps Marchio constituens, si adesset*.

100 Sic calumnia est asserta prævaricatio, quam æque profligat tam publicitas renunciationis delatæ ad acta, ipsiusque successiva publica mentio in posteriori comparitione diei 20. Decembris 1696., & in precibus Marchionis Estensis datis occasione Sententiæ anni 1697., quam exemplum eorum, qui renunciarunt, & dissensus non renuntiantium.

101 Exemplum renunciantium cum fecerit J. C. de Nigris cum præmio, id quod cæteri Renunciantes fecerunt sine præmio (quidquid gratis immo contra veritatem ab adverso dicatur) & de consilio præclarissimorum Patrocinantium.

102 Dissensus non Renunciantium, cum etiam illis non renunciantibus, steterit Sententia Senatus Excellentissimi pro validitate primæ legitimationis, ejusque non derogatione ex posteriori legitimatione.

103 Sed & centenis aliis argumentis convicta fuit injustissima, ac injuriosa accusatio in duplicationibus D. Marchionis Theodori Alexandri Trivultii 21. Maji 1728., quæ unitæ dantur, & de quarum lectura D. Marchio Trivultius rogat Illustrissimos PP. non ad necessitatem Causæ, cum contra antedictam Sententiam nec petita, nec obtenta fuerit revisio ulla (quamobrem contra eam os aperire non licet) sed ad vindicandos cineres Marchionis Georgii Trivultii Avi, cui attentata prævaricatio impingitur.

104 Objicit septimo adversa Pars: Sententiam anni 1697. repugnare rebus judicatis a Senatu, annis 1572., & 1576.

105 Vana tamen omnino est oppositio.

106 Comes Joannes Testator substituerat Marchioni Jo. Jacobo primo hæredi instituto = *ejus Ill. D. Jo. Jacobi filium primogenitum masculum legitimum, & de legitimo matrimonio natum, & procreatum*.

107 Augustinus filius Marchionis Jo. Jacobi, cujus jura fuerunt reservata, legitimationem obtinuerat ab Andrea Cornelio Patri-

tio

tio Veneto in Civitate Venetiarum, & sic extra Dominium; igitur non habebat qualitatem a Testatore volitam, quapropter etiam Raudens. ab adverso citatus de Analog. cap. 36. num. 4. ait, quod = *illius D. Augustini legitimatio erat nullius momenti*.

108 Cæterum cum eo prius pacisci debuit Comes Joannes Jacobus, ne Sententia tunc proxime ferenda obesset juribus ipsius Augustini, ut ex Instrumento recepto per Joannem Jacobum de Spagnolis, & Ambrosium de Brusatoribus de Ferno 22. Maji 1576., translatis exinde ab ipso Augustino suis juribus in DD. Georgium, & Claudium Fratres Trivultios, ut ex ejus Testamento recepto per Andream Aliam 17. Octobris 1584., & de facto ipse Augustinus reperitur continuatus in possessione partis bonorum etiam post Sententiam 25. Augusti 1576, prout inter alia constat ex Instrumento apræhensionis recepto per Jo: Jacobum de Spagnolis 12. Septembris 1576. producto pèr D. Principem Trivultium in specificationibus dierum 24. Maji, & 19. Decembris 1679.

109 Comitissa Barbara fœmina erat, nullamque proinde habebat vocationis sedem.

110 Raphael, & Nicolaus (ultra quam quod Revisionem interposuerunt, commissam Amplifs. PP. Brugoræ, & Picenardo, ut constat ex actis existentibus in Archivo Senatus Excellentissimi) erant spurii, ut de Nicolao signanter notat Menoch. ab adverso Citatus Cons. 173. *num.* 78., erant uno gradu remotiores a Testatore quam esset Theodorus alias Jo: Jacobus, erant simpliciter dispensati contendentes cum Agnato legitimo, & proximiore, cui jus quæsitum erat ante dictam legitimationem, seu dispensationem, ut constat ab Auctoribus ab adverso allegatis, & signanter ex *Menoch. dict. Cons.* 173. *vol.* 2., &, quod magis, est nullas quo ad filiationem præstiterant probationes, unde commodissimè etiam ad defectum probationis descendentiæ referri potest Sententia Senatus 25. Augusti 1576. decernens, eos *non habere qualitates requisitas*.

111 D. Marchio Theodorus Georgius Trivultius obtinens fideicommissum Comitis Joannis ex Sententia 28. Junii 1697. erat legitimus: descendebat ab Agnato legitimato: nullum alium Agnatum in concursu habebat, &, quod falcem ponit ad radicem, erat in classe substitutionum, in qua tam in dispositiva, quam in conditionali, nulla requirebatur legitimitas ibi = *& ei* (nempe Agnato proximiori) *substituo ejus Primogenitum usque in infinitum ordine quo supra, ET UBI NULLI REPERIRENTUR AGNATI MASCULI, eo casu substituo Primogenitum Agnatæ mihi in gradu proximioris*.

112 Ad habendam paritatem casus oporteret, quod anno 1678., & 1697., quibus evenit casus, & decisio, vixisset Comes Paulus Alexander, qui de succedendo contenderet; quod fuisset spurius; quod nundum fuisset legitimatus; quod haberet in con-

 cursu

cursu Agnatum legitimum, & talem absque legitimationis præsidio, quodve immo de filiatione nondum docuisset.

113 At Marchio Georgius vivens tempore eventi casus, & Marchio Alexander vivens tempore decisionis, erant plene legitimi. Nullum amplius Agnatum in concursu habebant anno 1697., & Sententiam pro filiatione reportaverant, & præterea constans semper fuit praxis Senatus admittendi legitimum utcunque descendentem ab illegitimo etiam in fideicommisso legitimitatem volente, potissimum deficiente concursu alterius, qui in eodem gradu, seu classe substitutionis existeret, prout recenter vidimus etiam in Causa Casata, & Arrigona.

114 Objicit octavo repugnare Sententiam latam super fideicommisso Comitis Gasparis, de qua supra, sed neque hæc nova est objectio, cum plusquam viriliter fuerit inculcata in causa decisa anno 1697., distributo etiam Amplifs. PP. ipsius Gasparis Testamento.

115 Nec validum præstat argumentum: aut enim similis est utriusque Testatoris dispositio, & eodem jure posset D. Marchio Trivultius argumentari ad injustitiam supradictæ Sententiæ 14. Decembris 1682. super fideicommisso Gasparis Trivultii, a qua etiam revisionem interposuit dictus D. Marchio Alexander Trivultius.

116 Aut dissimilis est dispositio, & locus non est argumentationi.

117 Dissimilem vero esse ostendit lectura utriusque Testamenti.

118 Testamentum Gasparis Trivultii vocat = *Descendentes masculos, & LEGITIMOS UT INFRA, & eis omnibus deficientibus, Familiam de Trivultio, ita quod appellatione familiæ non comprœhendantur NISI MASCULI LEGITIMI, ET DE LEGITIMO MATRIMONIO NATI = Quod si aliquis ex prædictis hæredibus meis supra institutis decederet sine filiis masculis, & legitimis ut supra, vel aliqui eorum filiorum decederent sine filiis masculis legitimis, & de legitimo matrimonio NATIS ut supra, quod eo casu tali decedenti, seu decedentibus ut supra, succedat, & succedant alii hæredes prænominati, seu nascituri usque in infinitum = Quia volo, quod omnino dicta omnia Bona per me dictis hæredibus meis relinquenda, salvis legatis per me factis ut supra, perveniant in dictos hæredes, & eorum filios, & descendentes dictorum filiorum masculos, & legitimos ut supra, & in eos, seu in ultimum morientem conserventur, & post ultimum morientem ex prædictis descendentibus, quod perveniant in Agnatos proximiores etiam si ultra decimum gradum existant, taliter quod de familia mea,* INTELLECTA UT SUPRA, *non exeant.*

119 Testamentum Comitis Jo: Trivultii post Agnatum masculum legitimum substituit = *ejus primogenitum usque in infinitum, ordine quo supra*, (& in ea classe versabatur D. Marchio Alexander Trivultius) ET UBI NULLI *reperirentur Agnati masculi, eo casu substituo primogenitum Agnatæ mihi in gradu proximioris*; Sicque nec in dispositiva, nec in conditionali ponitur legitimitatis requisitum.

Obji-

120 Objicit nono: Superius allegatam donationem 10. Septembris 1548. ubi, Notario ſtipulante nomine præfati Bagatti, declarat Comes Joannes, Clauſulam, ubi interea ipſe filios ſuſcipiat, intelligi debere de filiis legitimis, & de legitimo matrimonio natis, proteſtando hanc fuiſſe, & eſſe mentem ſuam.

121 Arguit hinc pars adverſa, quod ſi in filiis propriis Teſtator ſenſit de legitimis, multo magis ita ſentire debuerit in ſubſtitutionibus collateralium, de quibus in ejus Teſtamento, potiſſimum intercedente vicinitate temporis, & identitate Notarii, qui de illis dicitur rogatus.

122 Sed nimis probat, & præterea non obſtat, immo retorquetur argumentum.

123 Nimis probat, nam ſicuti nomine filiorum in donatione facta Bagatto innegabiliter intelligendi ſunt tam maſculi, quam fœminæ; ita nomine Agnatorum in Teſtamento intelligendi pariter eſſent tam maſculi, quam fœminæ, quo nihil abſurdius.

124 Non obſtat, quia diſparatis non fit illatio, & non aliud concludit quamquod prædilexerit filios, & deſcendentes Bagatti in tenui Legato Scutorum centum in anno ſupra deſcendentes proprios illegitimos, & ſuper hæredem ſuum, ipſoſmet Agnatos, omneſque ſubſtitutos in Teſtamento etiam legitimos.

125 Retorquetur primo, quia in filiis, & deſcendentibus Bagatti nullam legitimitatis voluntatem ſeu conditionem declaravit.

126 Retorquetur ſecundo, quia ſi in tribus ſubſtitutionum claſſibus in ſuo Teſtamento legitimitatis requiſitum expreſſit, & in aliis quatuor omiſit, conſulto omiſiſſe dicendum eſt, & eo conſultius omiſiſſe, dum talem voluntatem declarare ſcivit reſpectu donationis Bagatti, nec talem voluntatem declaravit reſpectu ſuarum ſubſtitutionum legitimitatem non exprimentium.

127 Excurrit demum Pars adverſa ad perpendenda documenta producta ante Sententiam 1. Martii 1680., qua declaratum fuit: *Conſtare Paulum Alexandrum de Trivultiis fuiſſe filium naturalem legitimatum Comitis Joannis Jacobi* dicens omnia reſolvi in actus a poſteriori.

128 Errat tamen in facto ſupponens non alia adfuiſſe in ea Cauſa documenta præter ea, quorum examen ſuſcipit, dimiſſa in duabus comparitionibus 19. Decembris 1679., & 12. Februarii 1680., exiſtentibus tot aliis comparitionibus, & dimiſſionibus in ea cauſa aliorum documentorum etiam in puncto filiationis facientium.

129 Errat adhuc vehementius in jure dum nullum obtinuit, neque petiit remedium Reviſionis adverſus dictam Sententiam anni 1680. jus facientem quoad omnes, emanatam in cauſa ſtatus, & in concurſu validiſſimorum oppoſitorum quales erant Capitaneus Don Carolus Trivultius, Princeps Don Cajetanus Gallia Trivultius, & Dux Albeti, proponentes, & inculcantes contra filiationem eamet objecta, quæ nunc incongrue ab adverſo repetuntur, ut ex Sententia prædicta Senatus 1. Martii 1680.

 pro-

producta sub num. 2. fol. 11., & tergo. 12. 13. 16. tergo, 19. tergo, ubi excitatum est objectum desumptum ex verbis Precum porrectarum Senatui Excellentissimo petentium legitimationem etiam si non esset filius. fol. 20. 28. 29. 31. 32. 33. 43. 45. 47. 76. tergo. 96. 131. 163. 152., & seq., ubi denuo reproponitur asserta hæsitatio Patris = *sive ipse legitimandus sit, sive non, filius Supplicantis, & sive naturalis sive spurius*, prout etiam objicitur non constare de concubinatu: nesciri nomen Matris, defficiente Baptismatis fide, quod tamen objectum (pro ut cætera) vanum erat, agendo de antiquissima filiatione cadente versus annum 1550., & sic ante Concilium Tridentinum, quo tempore nondum erat præscripta librorum Parochialium, & Baptismalium confectio; cumque præterea scripturæ, librique omnes Patris naturalis remanserit apud DD. Principes Trivultios, quorum ultimo defuncto de anno 1678., appositoque ex ordine Senatus ad ejus Archivum sigillo, fractum hoc fuit ab hærede Principe Gallio, qui filiationem omnimodo oppugnare, & opprimere studuit, quamvis ea inter omnia objecta, & inter totalem suppressionem Archivi, victrix evaserit ex Sententia 1. Martii 1680. confirmata etiam in faciem, & in concursu tot aliorum Magnatum, ipsiusque D. Principis Estensis, & Comitis Don Joannis de Belgiojosio, (quorum jura metiuntur Excellentiss. Adversantes) media superius relata posteriori Sententia 17. Decembris 1696. jubente = *Attendendas etiam Sententias Senatus, nec illis manum apponendam non obstantibus deductis*.

130 Valde autem miratur D. Marchio Trivultius, quod Excellentiss. DD. Adversantes perpendendo relata documenta, eaque referendo addiderint verbum *assertum filium*, quando in nullo ex citatis documentis legitur verbum *assertum*.

131 In Instrumento legitimationis 17. Novemb. 1561. utcunque Com. Jo. Jacobus in precibus Senatui Excellentissimo porrectis, exponat se velle legitimare filium sive sit, sive non, quod est juxta formulam eo tempore usitatam ad relevandos filios ab onere probationis alicujus, attamen in Instrumento ponit = *quod habet filium masculum naturalem nominatum Paulum, qui quandoque etiam dicitur Alexander ibidem præsentem, natum scilicet ex eo Illustrissimo Comite tunc soluto, & soluta, & ætatis annorum undecim vel circa*.

132 In Testamento diei 23. Augusti 1570. Com. Lauræ Gonzaghæ primæ uxoris dicti Comitis Joannis Jacobi legitur = *Item lego, & judico, & jure institutionis reliquo Illustrissimo D. Alexandro Trivultio filio naturali, legitimato infrascripti hæredis mei* (dicti Comitis Joannis Jacobi) *Scuta octocentum auri*.

133 In Testamento ipsius Comitis Joannis Jacobi Trivultii 12. Februarii 1575. legitur = *Item legavi, & lego, & jure legati, & institutionis particularis* = *reliquo Ill. J. C. D. Paulo Alexandro filio meo naturali legitimato, ac descendentibus suis* = *omnia,*

&

& quæqq; bona immobilia, quæ ego Testator habeo, & possideo in loco, & Territorio Pandini = Item medietatem Capsinæ novæ super Bonis meis nuncupatis della Trivultia in Laudensi = ac tantam partem ipsorum Bonorum Trivultiæ dictæ Capsinæ propinquiorem, quæ constituat redditum Scutorum quatuorcentum in anno. Deinde instituto hærede Carolo Emanuele filio legitimo, substitutisque ejus descendentibus masculis, & legitimis, nec non & Fratribus suis, deficiente eorum linea legitima masculina, ait = *eo casu volo quod dicta Bona, & hæreditas mea absque ulla penitus diminutione perveniant, & pervenire debeant in præfatum Ill. D. Paulum Alexandrum filium meum legitimatum, & in ejus filios, & descendentes masculos &c. &c.*

134 In Sententia Senatus Excmi 1. Decembris 1579 secuta cum Comitissa Octavia Marliana secunda uxore dicti Comitis Joannis Jacobi, legitur passim filius Comit. Jo: Jacobi, & Comes Jo: Jacobus Pater dicti Alexandri etiam in verbis dispositivis Sententiæ ibi = *fuit quo ad caput legati Scutorum quatuorcentum dicto Nob. Alexandro a Patre relicti &c.*

135 In Testamento D. Comitis Georgii Trivultii Patrui dicti Pauli Alexandri 27. Aprilis 1580. legitur = *Item legavi, & lego, & jure legati relinquo Ill. D. Paulo Alexandro Trivultio Nepoti meo dilectissimo filio naturali legitimato qu. M. Ill. Comitis Joannis Jacobi olim Fratris mei Scuta duo mille Auri sibi statim post decessum meum ex Bonis meis semel tantum danda; Et ubi Ego Testator decederem nullis relictis filiis masculis legitimis, & de legitimo matrimonio natis, vel si etiam tempore obitus mei filium seu filios masculos legitimos ut supra relinquerem, & exinde ipsi filii quandocunque sine descendentibus masculis decederent,* TUNC ETIAM *quocumque* EORUM *casuum, sublato memorato legato Scutorum bismille dicto Ill. D. Paulo Alexandro facto, sibi legavi, & lego, & jure legati relinquo omnia, & quæcumque Bona, & jura quæ habeo, & die obitus mei relinquero in loco, & Territorio de Locate Capite Plebis &c. &c.*

136 Sic in Instrumento Transactionis 17. Martii 1582. initæ cum D. Octavia Marliana secunda uxore dicti D. Com. Jo: Jacobi legitur = *Ill. Com. D. Paulus Alexander Trivultius filius qu. præfati Ill. Comitis Jo: Jacobi.*

137 Sic in Instrumento nuptiarum contractarum cum D. Sulpitia a Turre Rezzonica 2. Aprilis 1582. legitur = *Ill. D. Comes Paulus Alexander Trivultius filius qu. Ill. D. Com. Jo: Jacobi.*

138 Sic in Testamento ipsius Pauli Alexandri 10. Novembris 1589. legitur = *Paulus Alexander Trivultius filius qu. Ill. D. Com. Jo: Jacobi*, & alibi passim.

139 Sic in binis Instrumentis 28. Januarii, & 27. Februarii 1638. consensus præstatur a filiis D. Marchionis Georgii Trivultii tamquam vocatis in fideicommisso Co. Theodori, & Comitis Joannis de Trivultiis, & in alio Instrumento 2. Martii 1637. recepto a Joseph Gariono adhibetur tanquam Agnatus sanguine pro-

proximior vigore dispensationis ad integrandam personam D. Capitanei Caroli Trivultii, ut ex narrativis Sententiæ 1. Martii 1680. fol. 93. tergo.

140 Quare in meram fabulam resolvitur nomenclatura asserti filii, quæ ab adverso relatis documentis adjicitur.

141 Sed adhuc magis miratur D. Marchio Trivultius dubitative in hanc diem loqui DD. Adversantes de filiatione Com. Pauli Alexandri Trivultii, ex Com. Joanne Jacobo in judicio ab eorum antecessoribus toties admissa, quamvis admissione non indigeret.

142 In Exceptionibus D. Principis Estensis 1. Septembris 1681. §. *Præmissis* = legitur = *Sententia Excellentissimi Senatus diei* 1. *Martii* 1680. *ex adverso dimissa demonstrat D. Paulum Alexandrum de Trivultiis, ex quo descendit D. Marchio Adversans, fuisse* FILIUM NATURALEM *legitimatum* D. COMITIS JO. JACOBI *Trivultii*, prout legitur etiam in Sententia 28. Junii 1697. producta sub n. 1. fol. 117. tergo, & 118.

143 In Allegationibus non D. J. C. de Nigris, sed D. Francisci Benigni Advocati D. Marchionis Estensis scriptis occasione Sententiæ 17. Decembris 1696. super validitate legitimationis de qua supra, incipientibus = *Perstricte agimus* in §. 1. sic est scriptum = *Legitimatio D. Pauli Alexandri* FILII NATURALIS D. COMITIS JO. JACOBI TRIVULTII.

144 In §. *Et hæc dubio procul* = *Pro Legitimando* EJUS FILIO NATURALI *Paulo Alexandro*.

145 In §. *Et quamvis* = *Et quamvis alii dixerint quasi possessionem filiationis naturalis sufficere in possessorio caute tamen id venit intelligendum, quando nimirum* FILIATIO ADMITTITUR, *sed qualitas negatur Antonin. var.* 108. *sub num.* 15., *Rauden. var. lib.* 1. *resol.* 108. *num.* 15., *Costa Remed.* 80. *num.* 15., *Peregr. de jure fisc. lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 39., *Lup. dic. tract. comm.* 1. §. 5. *num* 155. *id quod evenit hoc in casu, in quo* NON NEGATUR FILIATIO PAULI ALEXANDRI, *immo admittitur qualitas legitimitatis, licet restricta ad terminos legitimationis secutæ dicto anno* 1565.

146 In Precibus D. Marchionis Estensis insertis in eadem Sententia 28. Junii 1697. dimmissa sub num. 1. fol. 369. tergo ita loquitur idem D. Princeps = *Nisi eidem* (Marchioni Theodoro Georgio Trivultio) *obstaret qualitas, de qua in actis* CUM SIT DESCENDENS A COMITE JO. JACOBO, *cujus favore declaratum fuit fideicommissum per Sententiam anni* 1576.

147 In Allegationibus ipsius D. Principis Estensis æditis, ac datis occasione Causæ anni 1697., & quarum visionem commemorat Sententia 28. Junii 1697. pag. 373. = ibi = *Relatisque omnibus aliis juribus, & Documentis, nec non jurium Allegationibus per ipsas Partes allatis*; in Allegationibus inquam etiam nunc ad acta productis sub num. 13. extat altera ex eis, incipiens: *in aliis allegationibus* = subscripta non a J. C. de Nigris, sed ab Aloysio Caroello tunc Advocato Marchionis Estensis, & exin-

exinde Senatore, ubi in §. legitur = *D. Marchio ALEXANDER DESCENDIT FATEMUR A D. COMITE THEODORO ALIAS JOANNE JACOBO, cui Excellentissimus Senatus declaravit hoc fideicommissum spectare per Sententiam anni* 1576., *atque ideo ubi nil aliud obstaret, eidem innegabiliter fideicommissum dicti Comitis Joannis deberetur, CUM DESCENDAT A COMITE JOANNE JACOBO, & nunc sit Primogenitus illius lineæ = Verum obstat eidem D. March. Alexandro, quo IPSE DESCENDAT A D. COMITE THEODORO ALIAS JOANNE JACOBO, organo D. Pauli Alexandri legitimati Avi ipsius D. Marchionis*.

148 D. Advocatus Franciscus Benignus in altera ex eis allegationibus pro D. Principe Estense producta sub num. 13. ut supra, & impressa etiam apud Mans. *Consult.* 454. §. *penult. ait = Legitimatio facta per COMITEM JACOBUM qu. Hieronymi de EJUS FILIO NATURALI PAULO*.

149 Sic in Precibus ipsius D. Marchionis Estensis incipientibus: *Habet præ oculis* = ea occasione datis, & subscriptis non a J. C. de Nigris, sed ab ipso Francisco Benigno altero ex ejus Advocatis, legitur in §. 1. *Legitimationem PAULI ALEXANDRI FILII NATURALIS COMITIS THEODORI*.

150 In §. *Retenta = Paulus Alexander efficitur quidem Agnatus, RESPECTU PATRIS*.

151 §. *Neque enim = voluit PATER NATURALIS*.

152 §. *Sed frustra = Voluntas Patris NATURALIS*.

153 §. *Ex his satis = In bonis PATRIS NATURALIS*.

154 §. *Prædictis = Sententia* (1. Martii 1680.) *percutit solummodo PROBATIONEM FILIATIONIS TAM RESPECTU PAULI ALEXANDRI, quam descendentiæ Marchionis Alexandri*.

155 §. *Quia restricta = Partem Bonorum PATRIS NATURALIS tantum*.

156 §. *Parum = PAULUS ALEXANDER NATURALIS legitimatus perstrictam habuerit successionem in bonis Paternis*.

157 §. *Sexto cum = Quamvis agnascatur COMITI THEODORO EJUS PATRI NATURALI*.

158 In aliis Precibus D. Marchionis Estensis subscriptis a prædicto D. tunc Advocato Aloysio Caroello, incipientibus = *Dessumens*, ad acta productis sub num. 13. = ibi = *Non applicatur PAULO ALEXANDRO, quem PATER in Testamento litibus domesticis destinavit*.

159 §. *Accedit = debuisset fideicommissum pervenire ad PAULUM ALEXANDRUM legitimatum EJUS* (Theodori Caroli Emanuelis) *FRATREM*.

160 In supplici libello præfati Marchionis Estensis Viennensi Aulæ porrecto, & per eandem remisso Senatui Excellentissimo cum rescripto diei 24. Julii 1720. = ibi = *il detto Marchese Giorgio descendente dal detto PAOLO ALESSANDRO NATURALE LEGITIMATO PER RESCRITTO*.

161 In replicationibus D. Principis Estensis Don Sigismundi 21. Maji 1728. ad acta delatis contra March. Don Alexandrum Trivul-

 tium

tium subscriptis non jam a dicto J. C. Francisco de Nigris, qui anno usque 1704. supremum diem obierat, sed a J. C. Joanne Gabriele Curiono ex celeberioribus illius temporis Causidicis, nedum non impugnatur filiatio Pauli Alexandri ex Comite Jo. Jacobo sed aperte admittitur.

162 In §. *Prior illa* = dicit = *Comes* JOANNES JACOBUS TRIVULTIUS PATER NATURALIS D. PAULI ALEXANDRI.

163 §. *Si quærimus* = *Comes* JOANNES JACOBUS PATER NATURALIS PAULI ALEXANDRI.

164 §. *Sed ubi etiam* = *Remanserat in statu simplicis naturalitatis, nec aliam sane fuisse voluntatem PATRIS facile dignoscimus* = *quorum respectu PATER voluit eum* (Paulum Alexandrum) *habere pro legitimato*.

165 §. *Vellet quidem* = *ut scilicet PAULUS ALEXANDER posset tantum EJUS PATRI succedere ex Testamento, & quatenus ipse relinquere voluisset, non posset eidem PATRI succedere ab intestato*.

166 §. *Confugiat* = *Confugiat D. Marchio Adversans, sive ad assertam Sententiam anni* 1680., *qua ait: declaratum fuisse filiationem quon. Pauli Alexandri Trivultii, sive ad alteram diei* 17. *Decembris* 1696., *qua definitum fuisse autumat punctum validitatis legitimationis nil ad intentum arguere potest. Siquidem prima percutit simpliciter PUNCTUM FILIATIONIS, nec definivit punctum validitatis assertæ legitimationis*.

167 Quibus addi posset etiam admissio ipsiusmet Excellentissimæ Domus de Barbiano de Belgiojoso in causa fideicommissi Joannis Jacobi Magni Trivultii, in qua scribente celebri Advocato, mox Senatore Petro Jacobo Rubino, ut ex ejus Allegat. apud Mans. *consult*. 543. *tom*. 6. *pag*. 192. §. *Ipsum fideicommissum*, & *pag*. 194. §. *ad exclusionem* hæc habentur = *Ipsum fideicommissum petit D. Marchio Alexander, tanquam de agnatione proximior D. Principi ultimo defuncto, & DESCENDENS a Jo. Firmo Fratre Testatoris* (& Avo Comitis Joannis Jacobi Patris naturalis Pauli Alexandri) = I*n Codicillis ipsis, in quibus vocatio lineæ JO. FIRMI initium habuit, IN QUA LINEA REPERITUR D. MARCHIO ALEXANDER*.

168 Atque iterum in eadem causa scribente Aloysio Mansio in *cons*. 545. *sub num*. 16. ibi = *Suæ vero Personæ vocationem ad successionem præfati fideicommissi legitimare, nequaquam evenire posse existimo dicto Marchioni ALEXANDRO, ex Avo ALEXANDRO FILIO NATURALI COM. JO: JACOBI TRIVULTII DESCENDENTE*.

169 Hæcque dicta sint, non quia in disputationem evocari possit filiatio, sed ad convicendum Excmos DD. Adversantes, quam injuste incongrueque super hoc puncto facti seriem impleverint, ac aures Amplifs. PP. obtundant.

170 Sed revera nihil erat mirandum, postquam Adversantes succensent rebus toties judicatis a Senatu Excellentissimo, nec parcunt

Pro-

Procuratoribus, Cauſidicis, Advocatiſque, ac Majoribus ſuis, quos reſpective de injuſtitia, de prævaricatione, de negligentia, & mala cauſæ defenſione corripiunt.

171 Credit Marchio Supplicans omnes nebulas diſſipaſſe, atque de tot Senatus judiciis, vetuſtate rerum, contendentium potentia, Patrocinatorum ingenio, ſtudioque, & potiſſimum Senatus Majeſtate conſpicuis dici poſſe illud, quod de Veneto Senatu ad aliud propoſitum ajebat Thuan. *Hiſtor. lib.* 137. fol. mihi 1257. litt. *A.* = *Nihil niſi ex neceſſitate, & honeſte, & juſte a Senatu in ea re factum.*

172 Marchio Trivultius Poſſeſſor ab Anno 1697. citra, is eſt, qui ſuſtinet ſplendorem Domus, nomenque, ac inſignia Familiæ, juxta Teſtatoris deſiderium, & pugnat cum iis, qui vocati non ſunt, qui decus Familiæ Trivultiæ non ferunt, adſpirantes ad Bona Fideicommiſſi jure hæreditario.

173 Pugnat Poſſeſſor habens rem judicatam cum iis, qui admiſſi ex gratia ad reviſionem agnoſcere debent tot alia judicata ſibi reſiſtere, quot vocant in diſputationem, non certe in diſcrimen, cum nullum adverſus ea habeant reviſionis præſidium.

174 Atque ideo credit ſe fini moleſtiarum proximum, mediante deciſione in actis petita.

Jo: Baptiſta Mazzucconus J. C. & C. C.
Gaſpar Valeſius J. C. C. C.

DUPLICATIONES

Nob. D. Marchionis Don Theodori Alexandri Trivultii ponendæ poſt aſſertas Replicationes, juriumque productionem, & dimiſſionem fact. ut dicitur, & in actis, ut infra delat., per Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum D. Marchionem Don Gabrielem Eſtenſem, & J. C. D. Julium Cæſarem Draghettum aſſertis reſpective modis, ut in actis, ſub aſſerta die Veneris vigeſima prima menſis Maji 1728. in tertiis.

1 Coram Excellentiſſimo Mediolani Senatu, nec non & Illuſtriſſimo J. C. D. Don Cæſare Bendono Caccia Regio Duc. Senatore Mediolani Delegato &c.

2 Prædictis præſente præfato Nob. D. Marchione Don Theodoro Alexandro Trivultio, ſemper ſalvis quibuſvis ejus juribus, & actionibus &c. de quibus in actis &c., ac cum expreſſa reſervatione, & proteſtatione conſequendi omnes

nes

nes, & quascumque expensas, & damna &c. acceptante prius dictas assertas Replicationes, juriumque productionem, & dimissionem in parte, & partibus favorabilibus tantum, si quæ sunt &c. etiam in vim &c. præjudicialia vero pœnitus impugnante, & adversus ea duplicando dicente, frustra Illustrissimum, & Excellentissimum D. Marchionem Don Gabrielem Estensem, & J. C. D. Julium Cæsarem Draghettum, uti assertos Procuratores Excellentissimi D. Principis Don Sigismundi Marchionis Estensis emendicare bonum fumum juris, ex impugnatione facta tam ex parte D. Marchionis Duplicantis, quam D. olim Marchionis Don Theodori Georgii ejus Patris, respectu competentiæ revisionis sententiæ anni 1697., & successiva ejusdem concessione ex gratia nuper facta ab Invictissimo Cæsare, cum revera exitus causarum, super hoc puncto semper fuerit coram Senatu Excellentissimo, ut succumberet D. Princeps Adversans, licet lapidem omnem moverit pro extorquenda revisione, ut constat ex sententiis ipsius Excellentissimi Senatus annorum 1706. 3. Decembris, 1707. 15. Januarii, & postremo anni 1722. 27. Julii.

3 Mirum autem est, quod DD. Procuratores Adversantes post eas ipsas Sententias adhuc conquerantur, fuisse contra D. eorum Principalem impugnatum remedium justitiæ, quod nemini denegatur: postquam ter ut supra fuit cognitum, & decisum eidem non competere, postquam idem D. Principalis, in ultimo judicio mutuarum precum coactus est expresse renunciare eidem remedio ex justitia, tamquam sibi prorsus incompetenti, ut ex ultimis ejusdem duplicationibus, postquam idem coram Rege Domino se restrinxit ad solum titulum gratiæ, postquam denique ipsa concessio sistit in iisdem puris, & meris terminis gratiæ.

4 Nec quidquam opitulatur adversario intento, quod M. S. C. C. Rescriptum idem remedium impertiatur ob peculiaria motiva, & circumstantias in hunc casum concurrentes, & quod injungat complementum justitiæ faciendum in revisione Causæ.

5 Neque enim hoc processit ex introspectione meritorum ipsius Causæ, quasi M. S. perspexerit, fuisse perperam læsa, & suffocata jura dicti D. Principis Don Sigismundi in dicta Sententia anni 1697. (quod absit nedum dicere, sed suspicari de integerrimo, & sapientissimo Ordine?) magis autem in Causa inter accerrimos Contradictores, Opibus, & Nobilitate florentes & quidem plurimos, qui contra D. Marchionem Patrem D. Marchionis Duplicantis, nihil intactum reliquerunt, quod ad intentum conduceret, facta etiam publica Partibus audientia: De iisdem enim meritis disputatum non est, sed eadem revisio subrepta fuit prætextu collusionis initæ inter Procuratorem ejusdem D. Principis, & Patrem D. Duplicantis, producta conventionis scriptura, in qua insinuarunt prævaricatum

esse

esse dictum Procuratorem ante dictam Sententiam, eamdemque prævaricationem causam dedisse Sententiæ.

6 Quæ certe Scriptura, si Mediolani producta fuisset, aut Mediolanum transmissa, omnis male ingesta collusionis, atque prævaricationis nebula illico evanuisset (quemadmodum, infra ad evidentiam ostendetur) aut etiamsi non reservassent productionem, in exitu Causæ, quando non poterat convinci manifesta allucinatio adversariæ ideæ. Quid autem mirum, si Clementissimus, & Justissimus Cæsar Dominus, sub opinione deceptionis dicti D. Principis, & prævaricationis factæ ab eo, qui ejus partes sustinebat, revisionem concessit ex gratia, putans se reparare præjudicium eidem Principi malis artibus, ut dicebatur, illatum.

7 Remanet ergo in suo robore vehementissima præsumptio, resultans ex Sententiis Senatus Excellentissimi, in nihilo juvante inutili perfugio novorum documentorum nunc exhibitorum, & incuriæ præcedentium Patrocinatorum, in iisdem non exhibendis, cum pauca illa documenta, quæ de novo ab adverso producuntur, nihil influant ad causam, ut inferius patebit.

8 Descendendo autem ad merita Causæ, patens est error DD. Procuratorum Adversantium, in afferendo, quod omnia extrema Fideicommissi patentissima erant favore D. eorum Principalis, unica cadente dubitatione super eventualitate casus, cum in humanis existeret D. Capitaneus Don Carolus Trivultius de agnatione legitima Trivultia, quem nihilominus D. Princeps superare posset, sed eo, pendente Causa, sine prole masculina defuncto, unicum remansisse contradictorem, super puncto eventualitatis casus D. Marchionem Don Alexandrum Trivultium Avum D. Marchionis Duplicantis.

9 Etenim in judicio, quod præcessit dictam Sententiam anni 1697. cubitalibus verbis, atque ore rotundo.

10 Opponebatur D. Marchioni Estensi principali ut supra a D. Principe Trivultio, ipsum penitus exclusum esse tamquam exterum ex dispositione Statutorum Mediolani, & Nov. Constitutionum.

11 Opponebatur substitutionem Primogeniti Agnatæ tamquam vulgarem jamdudum expirasse per existentiam Agnatorum tempore apertæ successionis.

12 Opponebatur etiam in supposito fideicommissariæ, & non simplicis vulgaris D. Principem Don Sigismundum non esse vocatum, cum vocatus sit filius Primogenitæ, non autem ulterior descendens, qualis est ipse D. Princeps, nisi in casu, in quo filius primogenitæ successisset.

13 Opponebatur immo qualitatem filii primogenitæ concurrere in personam D. Principis Don Antonii Cajetani Gallii Trivultii, tamquam filium Primogenitæ Agnatæ de linea ingressa.

14 Opponebatur ex parte D. Donnæ Magdalenæ de Moles, & D. Don Caroli Francisci filii, nempe, & Nepotis ex ea dicti D. Capitanei Don Caroli Trivultii, tunc defuncti, quod, ubi etiam

non

non expiraſſet Fideicommiſſum in perſona dicti D. Capitanei, caſus Fideicommiſſi eveniſſet favore ipſius D. Don Caroli Franciſci, tamquam deſcendentis maſculi, legitimi, & naturalis ex ipſa D. Donna Magdalena Agnata proximiore tam dicto D. Com. Joanni Teſtatori gravanti, quam D. Capitaneo Trivultio gravato, & ſic habentis reſpectu temporis apertæ ſucceſſionis prærogativam gradus, & lineæ.

15 Opponebatur denique ex parte D. Don Franciſci Gallii Ducis Albeti, eundem tamquam filium primogenitum D. Duciſſæ Donnæ Octaviæ Trivultiæ eſſe vocatum, & ejus favore caſum eveniſſe, non autem favore ipſius D. Marchionis Eſtenſis, tamquam exteri, tanquam deſcendentis tantum, non autem filii Agnatæ, & quia volitus erat filius Agnatæ proximioris de tempore extinctæ lineæ Agnatorum, hoc eſt de tempore ſucceſſionis, non autem de tempore Teſtamenti.

16 Et hæc quidem in actis præcedentibus dictam Sententiam anni 1697., non obiter attacta ſunt, aut leviter indicata, ſed principaliter propoſita, ſed ſerio eventilata, factis etiam jurium productionibus, eorumque impugnatione, ſed repetita etiam fuerunt, ut conſtat ex eiſdem actitatis, atque ex narrativis ejuſdem Sententiæ.

17 Quapropter non intelligit D. Marchio Duplicans, quomodo ex parte DD. Adverſantium aſſeri potuerit, quod ſublato per mortem D. Capitaneo Don Carolo, non alium haberet contradictorem D. Princeps Eſtenſis quoad eventualitatem caſus ſui favore, niſi dictum D. Marchionem Don Alexandrum Trivultium, quando mors ejuſdem D. Capitanei, in nihilo ſuſtulit quæſtiones promotas a D. Principe Gallio Trivultio circa ipſam eventualitatem caſus, quando immo ejus mors locum aperuit eandem impugnandi, immo pro ſe ipſis adſtruendi, tam reſpectu D. Don Caroli Franciſci de Moles, quam reſpectu D. Ducis Albeti.

18 Et quamvis nihil interſit D. Duplicantis ſtatuere, an, & quæ earum Partium, invicem contradicentium obtentura fuiſſet in caſu defectus agnationis volitæ (cum is caſus propter exiſtentiam lineæ D. Marchionis Duplicantis non evenerit) attamen D. Marchio Adverſans retinere deberet, quod etiamſi obtinuiſſet excluſionem Agnatorum, tamquam non habentium qualitates (prout nunc irrito conatu obtinere contendit) non ideo ex hoc conſequtus fuiſſet tenutam bonorum, cum multæ adhuc in illa hypotheſi quæſtiones reſtarent, tam circa expirationem Fideicommiſſi, & bonorum libertatem, nec ne, quam etiam in ſuppoſito durationis Fideicommiſſi circa capacitatem dicti D. Marchionis Eſtenſis, circa punctum, an vocatio ſatis ſubſiſteret in deſcendente Agnatæ proximioris proveniente a filio, ad quem Fideicommiſſum non perveniſſet, an vero ſoli filio deferretur, & ejus deſcendentibus, tunc tantum cum Patri ſucceſſori ſuccederent, denique circa punctum, an Agnata Teſtatori

tori proximior, cujus filius fuerat honoratus, illa intelligeretur, quæ talis esset tempore Testamenti, an illa, quæ talis esset tempore extinctæ penitus agnationis.

19 Hæc indicasse sufficit D. Marchioni Duplicanti, cujus partes non sunt sustinere hic quæstiones omnino præclusas ab existentia Agnati voliti a Testatore, ob existentiam D. Marchionis Don Alexandri ejus Avi, ejusque descendentium masculorum ex masculis, inter quos est etiam ipse D. Marchio Duplicans.

20 Sistendo igitur in hoc puncto, quod mordicus, sed frustra ab adverso in quæstionem vocatur in hac Causa revisionis ex gratia; Dicunt DD. Procuratores Adversantes, discutiendas fuisse plures quæstiones circa capacitatem, vel incapacitatem D. Marchionis Trivultii.

21 Prima, an valida foret legitimatio, sive, ut ajunt, dispensatio Pauli Alexandri Trivultii.

22 Secunda, an data validitate assertæ legitimationis, hæc prodesse posset, ad effectum succedendi in hoc primogenio.

23 Tertia, an posita validitate, & ubi non resisteret successioni ipsa littera assertæ legitimationis, utrum quond. D. Marchio Trivultius succedere posset inspecta voluntate Testatoris, & rebus alias per Senatum Excellentissimum in puncto ejusdem primogenii judicatis.

24 Quoad primum figurant DD. Procuratores Adversantes, & dolent, quod, cum in reliquis articulis causa acriter defensa fuerit, in articulo capacitatis, vel incapacitatis quondam D. Com. Pauli Alexandri, ejusque descendentium, sobrie, superficialiter, & quasi obiter, ac per transennam actum sit, licet esset articulus principalis.

25 Promovent deinde controversiam desumptam ex gemino Privilegio Legitimationis Pauli Alexandri, quorum alterum concessum ab Invictissimo Rege Philippo Secundo sub die 8. Martii 1565. alterum a D. Jo: Baptista Castillionæo Comite Palatino 17. Novembris 1561.

26 Subdunt Reg. Diplomatis restrictionem ad honores tantum, atque ad arbitrariam partem a Patre legitimante relinquendam, exclusionemque a cœteris successionibus.

27 Legitimationi autem factæ a Comite Palatino invaliditatem opponunt, quam emendicare student, tum ex defectu facultatis in eodem, tum ex obtenta postmodum legitimatione anno 1565., tum ex productione, ut ajunt, ejusdem, post jam productam illam anni 1561. (quod utrumque afferunt tamquam argumentum agnitæ insubsistentiæ primæ legitimationis) tum ex aliis, quæ deducenda superfuisse dicunt (nihil autem exprimunt) circa dictam facultatem legitimandi, præsertim circa descendentiam ejusdem Comitis legitimantis a personis in Privilegio contentis.

28 Dolent hæc omnia sublata fuisse de medio ab expressa renunciatione facta a D. Nigro Procuratore D. Marchionis Estensis sine

ejus

ejus mandato, & fine ejus participatione, qua renunciatione attenta asserunt emanasse Sententiam pro validitate primæ legitimationis, nunquam aliter emanaturam.

29 Hanc autem ipsam renunciationem non dubitant (cum ingenti eorum omnium admiratione, qui dictum Nigrum virum integerrimum norunt, eorumque, qui ipsam Scripturam, de qua mox, attente perlegunt, & perpendunt) non dubitant adscribere sordibus ipsius Nigri Procuratoris prævaricatoris, ob intelligentiam cum D. Marchione Don Theodoro Georgio Patre D. March. Duplicantis media Scriptura inter ipsos inita, quam dicti DD. Procuratores Adversantes producunt, atque ita notoriam etiam eandem ipsius D. Marchionis, atque illibatissimam honestatem per consequentiam inadvertenter (ut creditur) in censuram vocant.

30 Quæ ad hanc Scripturam attinent paulo post manifestissimi erroris penitus convincentur.

31 Quod autem attinet ad punctum validitatis legitimationis Com. Pauli Alexandri, aliorumque connexorum cum eodem articulo, qui paulo ante primo loco ab adverso propositus, relatus est, inutilis evadit consarcinatio oppositorum, quibus propositis ante Sententiam anni 1696. pro eadem legitimatione prolatam, non solum sufficiens, sed superabundans responsio data fuit, & confutatis omnibus, media etiam opportuna documentorum productione, Sapientissimus, Justissimusque Senatus, sub die 17. Decembris anni 1696. decidit = *Legitimationem diei 17. Novembris anni 1561. factam a Baptista Castillionæo Comite Palatino de dicto Paulo Alexandro Trivultio validam esse, nec illi aliquod præjudicium illatum fuisse per legitimationem factam a S. M. diei 8. Martii 1565. favore Pauli Alexandri Trivultii, ideò attendendas etiam Sententias Senatus, nec illis manum apponendam, non obstantibus deductis*.

32 Resistit ergo res, & quidem pluries judicata, contra quam non licet DD. Adversantibus os aperire, cum beneficium revisionis ex gratia impetratum a S. C. C. M. mere sistat in terminis Sententiæ anni 1697., non autem extendatur ad Sententiam anni 1696., aliasque præcedentes, in puncto dictæ legitimationis, quas Senatus attendendas censuit, nec illis manum apponendam.

33 Hinc nihil ad rem faciunt gravissimæ incusationes, quibus immerito insimulatur D. olim Jo: Franciscus de Nigris ob exaratam ab eo Scripturam diei 16. Junii 1696. ab adverso productam: Cum satis, superque sit respondere, licitum non esse quidquam proponere contra dictam Sententiam non habenti beneficium revisionis.

34 Veruntamen, ne illibati cineres Viri notissimæ integritatis indefensi remaneant (magis cum per indirectum, nomen optimum D. Marchionis Patris D. Marchionis Duplicantis ab adverso mordeatur) non ad defensionem Sententiæ, sed veritatis, &

de'

decoris, cui ab adverso teterrimæ nubes offunduntur, tam acris atque indebita accusatio convincenda omnino est.

35 Depingunt ergo tamquam manifestum prævaricatorem dictum D. de Nigris, quia subscripserit memoratæ Scripturæ, in qua renunciavit articulo legitimationis.

36 Ut autem malam ejusdem fidem insinuent, & colorem aliquem verosimilitudinis huic incredibili assumpto allinant, dicunt mirum esse, quod Procurator sine mandato ad renunciandum, inscio ejus principali, renunciaverit.

37 Verum, cum Scripturæ dicti Nigri, ut DD. Adversantes profitentur, ad manus devenerint, sive D. Principis eorum principalis, sive subalternorum ejusdem (& in eorum sensu etiam penitissimæ, & absconditæ atque omnino cælandæ) nihil valet objectus mandati defectus, cum mandatum etiam per epistolam subsistat, & ubi fuisset exaratum per Instrumentum, divinare nequit D. March. Duplicans, qui Notarius fuerit rogatus.

38 Quin immo mandatum omnino præsumendum est propter qualitatem talis Procuratoris, & talis Negotii, & talis Principalis. Quis enim credat Virum in foro versatissimum, & notissimæ legalitatis adeo imprudentem, aut infidum fuisse, quis credat in causa gravi, & in puncto tantopere antea impugnato renunciare voluisse Procuratorem, sine principalis placito?

39 De facto non solus D. Niger, sed etiam D. Donna Magdalena de Moles, ejusque Maritus Don Joannes, D. Dux Alberi, & D. Princeps Gallius Trivultius aperte eisdem punctis renunciaverunt, ipso vero Senatus Excellentiss. absolute, non autem relative ad ipsas renunciationes (ut per errorem referunt DD. Adversantes) venit in Sententiam supranaratam favore legitimationis, quæ omnia constant ex dicta Sententia, ejusque narrativis.

40 Neque aliter poterat evenire; tum quia si dictæ renunciationes removissent obstaculum, jam sublatus fuisset articulus, nec fuisset locus decisioni, tum quia revera non poterat Senatus Excellentissimus, cum multi alii essent in causa, qui non renunciaverant, & quidem plures, atque ex præclarissimis pariter Familiis, non poterat inquam attendere aliquarum Partium renunciationem, plerisque præsertim renunciationi non consentientibus.

41 Jam vero, tam consensus renunciantium, quam non renunciantium, dissensus æque probat contra DD. Adversantes: Consensus quidem, quia argui nequit Procurator imprudenter, subdole, & suo marte fecisse, quod tot alii fecerunt, quos simul collusisse non dicunt, nec dicere possunt: Dissensus autem non renunciantium, cum eo non obstante Senatus Excellentissimus dictam Sententiam protulerit, & consequenter idem definierit, quod antecedenter renunciantes justum cognoveratnt.

42 Quoad scientiam autem ipsius D. Principis Adversantis patentissima immo est ratificatio ejusdem renunciationis factæ a D. Ni-

gro

gro. In Sententia siquidem anni 1697. pag. 316. tergo prope finem, & 317. fronte preces ipsius Principis Estensis porrectæ pro obtinenda expeditione illius Causæ, in præcisa hæc verba leguntur. *Ultimo loco excitatus fuit articulus legitimationis Pauli Alexandri Trivultii prætendendo eum, tamquam præjudicialem primo loco decidendum esse, & in hanc Sententiam de anno* 1694. 30. *Julii venit Senatus M. V., die* 17. *Decembris proximi elapsi anni* 1696. *PRÆAMBULA RENUNCIATIONE MARCH. SUPPLICANTIS RECITATUS ARTICULUS FINEM RECEPIT.*

43 Hinc, vel preces tribuendæ sunt ipsi D. Marchioni Estensi, & scientiæ, atque ratificationis apertissime convictus est, vel tribuuntur eidem D. Procuratori de Nigris, seu verius Advocato dicti D. Principis, & eadem nihilominus illatio sequitur, tum quia credi non potest ipsum de Nigris insistere voluisse in turpitudine sua, eandemque pro ratione Causæ expeditionis adducere, eandem allegare in nova Causa, eamdem registrare in nova Sententia; hominem enim forensem latere non poterat stylus registrandi similes preces: tum quia, si Advocato tribuitur, incredibile est Advocatum, immo Advocatos D. Principis (quos concordasse in easdem preces omnino credendum est) non fuisse reclamaturos, si cognovissent inscio D. Principali, atque ipsis etiam, renunciationem, in antecedentis anni causa, suo marte Procuratorem exarasse in re tam gravi. Si autem supponitur res etiam ante renunciationem participata cum Advocatis, horum quoque collusio, & prævaricatio supponi deberet, supposito hoc delicto in Procuratore, quod absit.

44 Ab his tamen præscindendo, & redeundo ad scientiam D. Principis, quomodo ignorare potuit rem in authentico monumento utriusque Sententiæ publicam, & perspicuam, & propterea ejus ipsius Sententiæ anni 1697., quam tam sæpe tam acriter inculavit?

45 Subdunt quoque DD. Procuratores Adversantes mirandum esse, quod adeo affectate concepta fuerit renunciatio, quando in narrativis Sententiæ aliæ similes, & quidem magis expressivæ, immo etiam geminatæ aliarum Partium renunciationes leguntur, & quando divinabile non est, in quibus formulis ab adverso affectatio constituatur.

46 Subdunt insuper mirandum, quod ex abrupto, & illico sub eadem die, quo productæ fuerunt in actis duplicationes qu. D. Marchionis Trivultii, emissa fuerit renunciatio, & quidem cum minus vera assertione, quod visa fuissent Instrumenta, quod denique rem tanti momenti præcipiti, atque inconsulta renunciatione dissipaverit Procurator, & in tanta evidentia juris, & facti suas ipsas exceptiones propemodum redarguerit.

47 Verumtamen nimis artificiose præfertur ista admiratio: quod enim sub eadem die, sub qua dimissa sunt documenta D. Niger renunciaverit, gratuita omnino assertio est. Licet enim in

actis

actis sub eadem die posita sit, at Curialibus omnibus notus est stylus, quod actitata, & productiones ponuntur sub eadem die, licet fiant sub longe diverso tempore.

48 Præterquamquod, si notissima hæc praxis ignota fuisset, at cum haberent in manu Scripturam (hanc ipsam nempe, de qua tantopere, & tam immerito conqueruntur) ex ea debebant intelligere, jam ante factam renunciationem debuisse documenta innotescere ipsi D. Nigro, qui ideo quia eorundem recognitione convictus fuerat, paciscitur non esse ulteriorem productionem faciendam ex parte D. March. Trivultii, si ita tamen visum fuisset ejus D. Advocato (inde Amplissimo Senatori) Don Georgio Giulino, postquam allocutus fuisset ipsum D. Nigrum.

49 Quod autem renunciaverit in re tanti momenti suis ipsis exceptionibus, contrarium è diametro argumentum præbet adversariæ illationi. Neque enim in re adeo gravi, additis præsertim circumstantiis supra ponderatis renunciatio præsumi potest contra mentem, & sine notitia sui principalis, quem profecto nunquam latere poterat in re tam gravi renunciatio palam, & publice facta coram Excellentissimo Ordine, & in actis ad perpetuam probationem registrata.

50 Quod autem pro D. Principe Estensi adesset evidentia juris, & facti, est irrita declamatio contra evidens jus, & factum consimili tot aliorum renunciatione, &, quod caput est, ipsius Senatus infallibili Oraculo profligata.

51 D. quidem Marchio Duplicans intelligere nequit, quomodo fieri potuerit, ut cum tanta magnificatione DD. Procuratores Adversantes incusaverint gratis omnino ipsum D. de Nigris, atque per indirectum etiam D. Marchionem Patrem ipsius D. Duplicantis, contra eosdem proponendo, atque inculcando commentum hoc prævaricationis, collusionisque, tam coram Augustissimo Cæsare Domino, quam coram Excellentissimo Senatu, ad extorquendam ibi revisionis concessionem, & utrobique ad intrudendam opinionem boni juris, quando non solum extrinsecæ circumstantiæ renunciationis, sed ipsa intrinseca substantia Scripturæ apertam veritatis lucem præsefert, & perspicuam reddit contrahentium innocentiam, nisi in meridie cæcutiamus.

52 Prodeat ergo coram Excellentissimo Senatu innocentissima renunciatio, tam deformi prævaricationis insimulatione immerito inusta.

53 Motivum, quod in hac Scriptura adducitur pro ratione conventionis, est celeritas expeditionis causæ, quæ certe, tam D. Marchioni Estensi, quam D. Marchioni Trivultio Actoribus expediens erat, quatenus uterque anhelabat ad consecutionem bonorum fideicommissariorum, & proinde nullum in hoc præjudicium D. Marchionis Estensis versabatur, unde incusari possit conventio.

54 Convenitur, quod D. Marchio Trivultius ulteriora jura non producat super punctis legitimationum, ad tollendam scilicet dilationem, si tamen ita visum fuisset D. ejus Advocato.

55 Cum autem constet successive documenta nihilominus fuisse producta, patet re participata, cum ipso D. Advocato, aliter eidem visum esse, & consequenter resultat argumentum exclusivum prævaricationis, & collusionis, quæ si intercessisset, nec conventum esset de eadem communicanda ipsi D. Advocato, nec ipse postquam fuit communicata, pro sua nota legalitate manum dedisset tam deformi turpitudini, unde crescit argumentum, satis jam de cætero per se firmissimum ex notoria qualitate tam D. Marchionis Don Theodori Georgii, quam J. C. de Nigris, ex adjectione etiam Advocati.

56 Convenitur de renunciando Causæ super punctis legitimationum nomine D. Principis. Quam justa fuerit renunciatio, docet claritas jurium ante Sententiam productorum, docet tot aliorum Consortum renunciatio, docet Sententia ineluctabilis Senatus Excellentissimi, & quidem concors, cum aliis præcedentibus ejusdem Ordinis, contra quas omnes hiscere nequeunt DD. Adversantes, destituti quoad easdem revisionis indulto, non solum nunquam obtento, sed nunquam interposito.

57 Punctum tamen est, quod quæstio non est, an hæc renunciatio fuerit justa, sed an fuerit collusiva. Progressus autem Scripturæ manifestam facit contrahentium sinceritatem.

58 Progreditur nempe ad correspectivitatem renunciationis, & spondet D. Marchio Trivultius Philippeos bis mille; non ipsi D. de Nigris, sed D. Marchioni Estensi, & quidem non in pecunia numerata, quam usurpare posset Procurator, sed, vel in tot effectibus, vel in tot creditis, non cujuscumque stationis, sed ex compendio Fideicommissi controversi, data electione ipsi D. Marchioni Trivultio alterutrum solvendi.

59 Et hæc insuper promissio non est absoluta, sed conditionata, sub expressa scilicet conditione, quod idem D. Marchio Don Theodorus Georgius consequeretur in via juridica memoratum Fideicommissum Comitis Joannis (nempe quod obtineret Sententiam sui favore a Senatu Excellentissimo, coram quo causa decidenda pendebat, & ad cujus celerem terminationem tendebat conventio) quo unico in casu (in quo certe evidens, ne dum vivum, ut dicit hæc Scriptura futurum erat jus D. Marchionis vincentis) spondet prædictam solutionem Philippeorum bis mille, in tot creditis, aut effectibus Fideicommissi ad ejus arbitrium.

60 Profecto adeo defæcata est ab omni labe turpis lucri, & ab omni occultæ machinationis suspicione, in hac parte scriptura, ut mirum sit eandem prævaricationis, & collusionis accusari potuisse.

61 Non sibi stipulatur D. Niger, sed suo principali, non pecuniam liberam, sed effectus fideicommissarios, qui certe D. Principem petentem latere non poterant: nihil de suo promisit D. Mar-

chio

chio Trivultius, sed solum particulam Fideicommissi, ubi illud consequatur per Sententiam, quæ si non sequatur ejus favore, nihil erat consequturus D. Princeps, minus ejusdem Procurator.

62 Additur, quod in casu Sententiæ ferendæ super punctis legitimationum D. Princeps relevandus esset a solutione salarii a D. Marchione Trivultio; ecce nova utilitas ipsius D. Principis, non autem Procuratoris, & quidem in re, quam ipse D. Princeps non fuisset ignoraturus, cum salarium etiam pro parte D. Principis esset solvendum ab ipso D. Marchione Trivultio.

63 Quod autem evidentius veritatem ostendit est altera pactio, quod in casu amicabilis compositionis in meritis Causæ principalis, in qua certa portio, seu quota bonorum fideicommissariorum assignata fuisset D. Principi, iidem Philippei bis mille, sive exprimantur in ipsa compositione, sive non, semper intelligantur compræhensi in illa portione, seu quota, quæ in eo casu assignaretur pro suo jure D. Marchioni Estensi.

64 Jam vero sive compositio sequutura esset in quantitate, sive in quota bonorum, semper D. Marchio Estensis erat assecuturus ipsos Philippeos bis mille ad computum ejusdem quantitatis, seu quotæ: Unde evidens est quod nulla utilitas restare poterat D. Nigro Procuratori, & consequenter, quod nullum in eo adfuit turpe lucrum, nulla causa delinquendi, nullum prævaricandi motivum.

65 Ultimum denique pactum de celanda Scriptura, certe referri nullatenus potest ad eandem occultandam ipsi D. Marchioni Estensi, sed ad alios Consortes in Causa, eo facili consilio, ne ansam & ipsi arriperent, aliquod prætendendi causa dandæ facilitatis, & veritatis recognoscendæ pro celeriori Causæ expeditione.

66 Quæ veritas ex nuper dictis emicat: nam occultari non poterat D. Principi illa conventio, quæ datura erat ad computum portionis assignandæ, in casu amicabilis compositionis illos Philippeos bis mille.

67 Et ecce dilucidam explicationem, & intelligentiam dictæ Scripturæ, contra quam adeo declamatur, quæ tot notis inuritur, fraudum, collusionum, prævaricationum, & machinationum, in excidium ipsius D. Principis.

68 Si ergo tam extrinsecæ circumstantiæ, quam ipsa medulla conventionis innoxia est, ecce sublatus reclamandi prætextus, & convulsum fundamentum subreptæ concessionis pro revisione.

69 Hæc tamen omnia si quam solidi juris larvam præseferre potuissent, adhuc non ferirent Sententiam anni 1697. respicientem pertinentiam fideicommissi, & casus eventualitatem favore D. Marchionis, sed illam anni 1696., & in his punctis legitimationem respicientibus nihil attingerent alias præcedentes, quæ pariter definiunt puncta legitimationum, super quibus inutiliter ingerunt late jam disputata, & refutata ante alias

Sententias, & in iisdem rejecta, contra quas nullum revisionis beneficium competit, ut sæpe dictum est.

70 Aperte siquidem persipiciunt DD. Procuratores Adversantes actum esse de spe omni, favore sui principalis, si supersint Agnati a Testatore voliti, aperte conspiciunt tales descendentes a legitimato esse veros Agnatos ex volitis a Testatore, & ideo toti sunt in impugnandis de novo sæpe inutiliter impugnatis legitimationibus, in inculcandis de novo sæpe inutiliter inculcatis oppositionibus plurium Sententiarum oraculo jam profligatis, intrudendo monstrum deterius hydra, cui si unum caput amputabatur alterum quidem succrescebat, non autem idem repullulabat caput jam amputatum. Ipsi autem DD. Procuratores easdem inutiles objectiones intrudunt jam explosas in tot judiciis, ac sententiis non in solo Fideicommisso Comitis Joannis, sed in aliis etiam Domus Trivultiæ, in quibus ipse D. Princeps Estensis nullam habet partem, nec interesse, easque iterum consarcinare non dubitant, quasi nullum judicium, nullæ Sententiæ præcesserint, quasi iisdem liceret totum statum causarum Trivultiarum revangare sub prætextu obtentæ gratiæ pro revisione unius Sententiæ anni 1697.

71 Retentis igitur inconcusse Sententiis legitimationes respicientibus, non est cur inutiliter D. Marchio Duplicans, recoquendo crambem recoctam, repetat resolutiones, & responsiones jam datas in judiciis præcedentibus, objectis ibidem factis, atque hic frustra repetitis. Illud enim sufficit respondere, quod resistunt res judicatæ ab Excellentissimo Ordine, contra quas quærimoniam nullam possunt proponere DD. Procuratores Adversantes destituti omni revisionis beneficio, quoad easdem Sententias.

72 Agnoscit vim ineluctabilem rerum judicatarum in punctis legitimationum ipse D. Princeps Adversans, seu ejus DD. Procuratores.

73 Subdunt proinde, quod etiam supposita vera legitimatione D. Pauli Alexandri, nihilominus incapax fuisset succedendi in primogenio Comitis Joannis Trivultii, non tantum ex qualitate Magnatis in eo concurrente, quantum ex tenore ipsius Testamenti.

74 Verumtamen nunquam quæstio fuit super capacitate, aut incapacitate ipsius D. Pauli Alexandri, qui præmortuus erat de tempore litis excitatæ, atque apertæ successionis, in eodem Fideicommisso ob extinctionem lineæ masculinæ Principis Don Theodori Trivultii; Sed contentio erat cum DD. Marchionibus Don Alexandro, & Don Theodoro Georgio natis, & procreatis de legitimo matrimonio; Unde alienum est in hac revisionis Causa inquirere de capacitate, vel incapacitate illius, qui in Sententia non comprælienditur: Cum novum non sit, tam ex dispositione Testatorum, quam ex civilibus Sanctionibus, plus indulgeri filiis legitimatorum natis, & procreatis de legitimo matrimonio, quam ipsis legitimatis. Quod

75 Quod si causa fuisset cum D. Paulo Alexandro, eidem nihilominus retenta ejusdem legitimatione, nihil resistere potuissent adversaria objecta.

76 Non qualitas Magnatis concurrens in personam Testatoris, cum non agatur de filio spurio, aut incestuoso, aut aliter ex damnato coitu, sed de simpliciter naturali plene legitimato, atque familiæ nomen, & nobilitatem sustinente, per quem immo saltem in subsidium generosam progeniem, ad posteros propagari exoptare debebat ipse D. Comes Joannes ob ipsam qualitatem insignis Familiæ in ipsum concurrentem, cujus splendorem bene sustineri potuisse, docet communis observantia recognoscendi legitimatos, eorumque descendentes de legitimo matrimonio, tamquam de vera, & legitima familia Patris, eosdem ad decurionatum etiam, ne dum ad minores patriæ honores admittendo: Et non pauce ejusmodi sunt Mediolani familiæ conspicuæ a legitimatis procreatæ, nec desunt hodie aliqui legitimati, qui antiquum honorem Avorum, atque Atavorum sustinent: Unde nullo pacto esse potuit odibilis Magnati progenies illa, quæ ejus nomen, & gloriam splendide sustineret.

77 Non dispositio Testamentaria, in qua nulla unquam exclusio illegitimorum, minus legitimatorum, licet alicubi adsit prædilectio legitime natorum, neque in omnibus hanc qualitatem injungit, & ubi semper injungeret in dispositiva (quod profecto non facit in ipsa dispositiva, nominatim respectu descendentium ab Agnato, qualis erat D. Paulus Alexander ejusque descendentes) adhuc hæc qualitas in conditionalem intrudi non posset.

78 Longe diversum est odium legitimatorum a prædilectione legitime natorum, neque enim ideo quia hos maluisse dicatur, concluditur illos noluisse. Etiam in sensu adversario, quamdiu existerent masculi ex masculis legitime nati per rectam lineam semper de legitimo matrimonio, noluit certe masculos descendentes ex fœminis, quos denique voluit, ubi nulli essent Agnati, nec ideo ullum odium, aut ulla exclusio infertur descendentium ex fœminis, sed mera prædilectio descendentium ex masculis per lineam masculinam.

79 Hinc nihil concludit argumentum deductum a dispositiva, etiamsi contineret prælationem lineæ semper masculinæ, & legitimæ de legitimo matrimonio.

80 Casus favore descendentium ex fœminis nunquam erat eventurus, nisi ubi nulli reperirentur Agnati. Agnatus repertus est, & reperitur in descendentibus D. Pauli Alexandri ex linea masculina & (quod superabundat) legitimis, quibus proinde Fideicommissum debetur ad exclusionem descendentium ex fœminis, seu prælative ad eosdem.

81 Gratis autem asseritur repugnare voluntati Testatoris, & solidis juris principiis admissionem horum descendentium, quia sit

 ad-

admissio novi generis personarum, & exclusio repetitionis qualitatis semper volitæ in dispositiva, nativitatis nempe, & conceptionis de legitimo matrimonio, quia immo ita exigit littera, quæ non semper qualitatem hanc injungit ut supra, & quæ insuper ponit in conditione omnes Agnatos, quos sollicite Testator perquirendos præscripsit ante dimissionem masculorum descendentium a fæminis, & ubi in dispositiva qualitatem voluisset, solum importaret ordinem prædilectionis, ut prius succederent masculi ex masculis per lineam de legitimo matrimonio, deinde masculi saltem Agnati, postmodum masculi descendentes ab Agnata.

82 Hinc non est transire ad novum personarum genus, sed sistere in genere Agnatorum, ad evitandum transitum ad novum genus personarum, nempe ad descendentes ex fæminis, per quos, sicuti nonnisi fictæ repræsentari poterat familia Trivultia, cujus nomen perenne volebat Testator, ita congruum erat, ut quamdiu Agnati existerent (magis autem nati, & procreati de legitimo matrimonio) iisdem prælatio, super descendentes ex fœminis tribueretur.

83 Nec repetitio qualitatis intrudi debet ad excludendum prædilectum genus Agnatorum, ut fiat locus generi minus dilecto Cognatorum, & ut fiat egressio a familia Trivultia ad familias extraneas, in quo certe, ac similibus casibus Juris Theoricæ docent transitum non esse faciendum ad genus non solum accidentaliter diversum, sed etiam substantialiter, nempe ab Agnatis ad Cognatos.

84 Nec quidquam confert ad intrudendam restrictionem ad solos Agnatos de linea masculina in omnibus suis punctis procedente ex legitimo matrimonio, excludendosque alios Agnatos contra generalitatem termini, in Testamento positi compræhensivi omnium Agnatorum, animadversio emendicata, ex quasi contemporanea donatione, quæ dicitur facta Georgio Bagatto de annuo redditu Scutorum centum sub ea lege, ut si donator nempe Comes Joannes Trivultius filios non suscepisset, annuus redditus libere translatus esset in ipsum Georgium, ubi vero filios habuisset, tunc non excederet vitam donatarii jus ejusdem redditus percipiendi, subdita postmodum per actum separatum declaratione, quod in conditione positos intellexerit filios natos de legitimo matrimonio.

85 Profecto a disparatis nulla fit illatio: Et proinde nihil valet hoc argumentum. In donatione facta Bagatto, posuit in conditione solos filios de legitimo matrimonio; ergo posuit in conditione etiam in Testamento solos Agnatos de legitimo matrimonio.

86 Agebatur in ea donatione de re tenui respectu opulentis Patrimonii Donatoris, neque defectus annuorum Scutorum centum quidquam impediebat ne sustineri posset in Agnatis splendor Familiæ, cum adhuc ingentes suppeterent redditus. Placuit Donatori prædiligere, in hoc tenui munere Bagattum supra

alios

alios omnes Agnatos ſuos inſtitutos, & ſubſtitutos in Teſtamento paulo ante facto, quamvis etiam præditos prærogativa legitimæ ſemper nativitatis, & Lineæ, nedum ſimpliciter Agnatos non placuit prædiligere ſupra prolem ſuam, tam maſculinam, quam fœmininam, ſi quam de legitimo matrimonio ſuſcepiſſet.

87 Diſparatum nimis plane argumentum eſt: in donatione facta Bagatto prædilexit filios ſuos maſculos, & fœminas de legitimis nuptiis ſupra filios, & deſcendentes Bagatti, ergo prædilexit maſculum Cognatum ſupra Agnatos, ſi in eorum Linea ſemel defecerit propagatio per legitimum matrimonium, licet adfuerit pleniſſima Legitimatio, quæ ipſum illegitime natum, in linea veræ Agnationis conſtituerit, licet qui ſucceſſurus eſt in primogenio ſit verus Agnatus cum omnibus qualitatibus, etiam nativitatis de legitimo matrimonio.

88 Non alia profecto eſt, quam iſta, adverſaria illatio, cum tamen in his terminis nunquam proponerent ipſi DD. Procuratores, licet non dubitent ſub alio verborum apparatu eandem, utcumque adeo abſonam innuere.

89 At inquiunt, poſtquam in Teſtamento ſe conſtantiſſime ſemper reſtringit ad ſolos natos, & procreatos de juſtis nuptiis in diſpoſitiva ſubſtitutionum; in conditionali quidem utitur ampliori termino capaci compræhendendi etiam illos, in quibus talis qualitas deficiat. Si ideo dubitari poſſet, quos ſub nomine Agnatorum in ipſa conditionali intellexerit, quæ melior explicatio, quam ipſa declaratio Teſtatoris profitentis, ſe nomine filiorum intellexiſſe ſolos natos de legitimo Matrimonio.

90 At declaratio facta reſpectu unius Actus trahi nequit ad generalem regulam cujuſcumque Actus, minus vero diſſimilis.

91 At abſurdæ conſequentiæ promanarent in hoc ipſo caſu, trahendo ad Teſtamentum declarationem factam reſpectu hujus tenuis donationis. Nam ſi quidquam valeret illatio. Sicuti nomine filiorum, in hac donatione innegabiliter intelligendi ſunt tam maſculi, quam fœminæ, ita nomine Agnatorum in Teſtamento, intelligendi pariter eſſent tam maſculi, quam fœminæ, quo nihil repugnantius Teſtatoris menti.

92 At falſum eſt aſſumptum, quod in diſpoſitiva ipſe D. Co. Joannes adjecerit ſemper qualitatem de legitimo matrimonio. Subſtituit nempe Illuſtris D. Com. Joannis Jacobi filium primogenitum maſculum legitimum, & de legitimo matrimonio, & in filio hujus primogeniti, & ſucceſſivis aliis primogenituris totius lineæ maſculinæ de hac qualitate nullam mentionem fecit. In conditione ad vocationem Agnati maſculi proximioris appoſuit defectum lineæ deſcendentium hæredis inſtituti nulla pariter, repetita mentione ejuſdem qualitatis. Subſtituens autem ipſum Agnatum maſculum ſibi proximiorem requirit legitimitatem, ſed non exigit de legitimo matrimonio, quemadmodum ſupra expreſſe fecerat reſpectu primogeniti Jo: Jacobi, ubi vocavit pri-

primogenitum masculum legitimum, & de legitimo matrimonio natum, & procreatum: unde hæc qualitas de legitimo matrimonio nunquam apponitur Agnatis succesturis, nisi respectu primi, hoc est in ingressu, non autem in progressu, adeo ut semel positus sit in conditione defectus totius lineæ instituti, semel defectus omnium Agnatorum. Quapropter adversaria argumentatio ex volita aliquando hac qualitate sexcentas cumulat præsumptiones. Etenim eo ipso, quod adjecta fuit primo instituto, præsumit repetitam in omnibus, & quidem, tam in parte dispositiva, quam in parte conditionali, idem facit respectu Agnati proximioris substituti, & denique eandem repetitionem tentat intrudere, ubi, deficiente linea tam instituti, quam substituti, quemcumque Agnatum in conditione ponit antequam digrediatur ad genus extraneum Cognatorum, in quibus nempe ficte familiam suam vult sustineri, ubi vera sustineri nequeat ob defectum omnium Agnatorum.

93 Hinc si valet divinatio, quid responsurus fuisset Testator interrogatus, nimis patenter retorqueretur.

94 Nec juvat D. Principem divinatio DD. ejus Procuratorum, quod ad eorum genium responderet Testator, si viveret.

95 Etenim si viveret Testator, si interrogaretur, an voluerit bonorum suorum compendium de Gente Trivultia ad gentem extraneam, atque exteram transferri, an voluerit fictam repræsentationem familiæ dum veram habere poterat, an eum Agnatum qui sanguine, observantia, possessione etiam aliorum familiæ majoratuum jam favore ejusdem declaratorum, nominatione, sententiis, verus Agnatus esset recognitus, eum, inquam, Agnatum, de numero Agnatorum deleri velit; An illum Agnatum, qui nativitate, qui honoribus, qui dignitatibus, patrio etiam decurionatu conspicuus sit qui unicum est Germen superstes, tam insignis Familiæ tamquam non alienum modo, sed turpem, degenerem, atque indecorum ejuret, atque obliteret ex albo Familiæ Trivultiæ in quo sanguinis jure, legitimæ descendentiæ efficacitate (abolita per legitimationem tenui, quæ unica inerat macula naturalitatis in Ascendente illegitimo) communi opinione, receptissima consuetudine descriptus est.

96 Nunquam profecto ita absurde responsurus esset Testator contra ipsam suæ dispositionis litteram conceptam per verba fideicommissaria quodcumque tempus quemcumque Agnatum complectentia nulla adjecta qualitate legitimitatis, neque expresse, neque relative, quando in similibus casibus ad sustinendum nomen Familiæ, nedum nati, & procreati de legitimo matrimonio descendentes a legitimato, sed ipsi legitimati, sed illegitimi etiam, eorumque descendentes admittuntur antequam fiat transitus ad genus Cognatum.

97 Nec quidquam valet ad intrudendam adversariam interpretationem Sententia anni 1576., quæ in hoc judicio repetitur frustra, semel, atque iterum ab ipso D. Nigro inculcata in judicio præcedente Sententia, super qua pendet revisio. Ne-

que

que enim verum est, quod in Causa status, & tamquam pro regula stabilienda ad exclusionem omnium legitimatorum, & ab eis descendentium dicta Sententia emanaverit, sed stetit in meris terminis respicientibus personas Raphaelis, & Nicolai, quorum qualitas, & circumstantiæ toto cœlo dissitæ erant a qualitate, & circumstantiis dicti quondam D. Marchionis Don Theodori Georgii Patris D. Marchionis Duplicantis.

98 Erant siquidem illi, ut in priori Causa responsum est, non solum illegitime nati, sed spurii, erant simpliciter dispensati, non autem plene legitimati, maculam ipsam contraxerant ex eorum procreatione, non autem nati, & procreati de legitimo matrimonio, descendentes a plene legitimato: Erant in concursu cum legitimo de legitimo matrimonio in dispositiva substituto, & quidem intra Gradum etiam de jure successibilem nempe intra octavum, non autem remotissimum, ut ab adverso insinuatur, cui Jus quæsitum erat ante qualemcumque legitimationem, seu verius dispensationem obtentam a dictis Fratribus, ut constat ex ipsis Auctoribus ab adverso allegatis, signanter autem consil. *Menoch.* 173. *vol.* 2.

99 Hinc decisio, quæ emanavit super diverso casu, diversa quæstione, diversis personis, non solum materialiter, sed formaliter concurrentibus Agnato legitimo, & de legitimo matrimonio cum filiis spuriis dispensatis non habentibus nec ex propria persona quidem qualitatem nativitatis de legitimo matrimonio, nullatenus trahi potest in exemplum casus, personarum, quæstionis, & puncti, super quibus cecidit Sententia anni 1697. lata favore dicti D. Marchionis Don Theodori Georgii, in concursu descendentium ex fœminis.

100 Hinc evanescunt adversariæ declamationes, quæ duas hasce Sententias annorum 1576., & 1697. inter se contradictorias, & repugnantes decantant, cum lata disparitas casuum, articulorum circumstantiarum patefaciant alteram cum altera Sententia, nihil commune habere.

101 Nec est cur ad evitandum palmare discrimen inter ipsas Sententias satagant DD. Procuratores Adversantes respondere alicui ex disparitatibus adductis inter alterum, atque alterum casum: tum quia tot aliæ restant, quibus nullum datur responsum, tum quia non satis removent ex ipso discrimine, quæ tentant removere.

102 Dicunt in primis, quod conabitur D. Marchio Duplicans afferre disparitatem ex eo, quia in primo casu legitimati concurrebant cum legitimo, in secundo nullus adesset talis Agnatus: rursus, quod D. Marchio Teodorus Georgius ex propria persona erat de legitimo matrimonio, licet ex legitimato descendens, secus vero Nicolaus, & Raphael illegitimi nati fuerant.

103 At mirum est, quod tot aliæ disparitates supra attactæ, & quæ etiam in actis memoratæ Sententiæ registratæ leguntur, dissimulentur, quodque has ipsas, quibus aliquam evacuationem

dare

dare nituntur inutile sibi opponant DD. Procuratores Adversantes ad allinendum fumum solidæ responsionis, si possent.

104 Quod enim pertinet ad personas Nicolai, & Raphaelis opponebatur spurietas, nedum illegitimitas, opponebatur impropria legitimatio, hoc est sola Dispensatio, & quoad Comitem Joannem Jacobum cum ipsis concurrentem retinebatur ejus qualitas de legitimo matrimonio, retinebatur Jus jam quæsitum ante Dispensationem dictorum Fratrum.

105 Honoratus siquidem est a Com. Joanne primo loco Marchio Jo. Jacobus ejusque linea, secundo loco honoratus est Agnatus habens qualitates, ejusque pariter linea, tertio loco Agnatus in genere, quarto denique Cognatus, qui adscititius Agnatus fieret, assumptoque nomine familiæ eandem, quam vere non poterat, ficte repræsentaret.

106 Non ideo profecto, quia cognitum est non evenisse casum favore Fratrum Nicolai, & Raphaelis in illis circumstantiis, eoque articulo, ideo cognitum est per modum regulæ, non evenisse casum favore Marchionis Don Theodori Georgii in longe diversis circumstantiis, atque articulo.

107 Non bona est illatio: debuerunt spurii dispensati cedere Agnato vero legitimo ex linea legitima de legitimo matrimonio: ergo descendens a legitimato quascumque qualitates, & prærogativas habeat, debet cedere Cognato, quod idem est, ac dicere, quod quia Agnatus non qualificatus (quales ab adverso sustinetur fuisse dictos Fratres, quibus de cætero insuper resistebant aliæ oppositiones supra attactæ) quod utique quia Agnatus non qualificatus debuit cedere qualificato, cum splendor Familiæ vere, & illustrius sustineri posset a tali Agnato, debebat etiam Agnatus, licet ex sua Persona qualificatus, ob vitium jam deletum Ascendentis, & capax sustinendi vere, & cum decore agnationem, debebat cedere non alteri Agnato meliores qualitates habenti, sed Cognato, qui solum ficte intrudi posset ad hanc agnationem repræsentandam.

108 Profecto ita fieret, ut Testator sollicitissimus agnationis suæ, ut illam saltem ficte repræsentari voluerit a Cognatis in illo tamen unico casu, in quo nulli reperirentur Agnati, Agnatis existentibus, veram Trivultiam gentem, extraneæ atque exteræ genti posthabuerit.

109 Illa autem meditatio, qua student ex ipsis verbis Sententiæ anni 1576. insinuare, eandem processisse per modum regulæ, & in causa status, ad perpetuam exclusionem omnium legitimatorum, & ab iisdem descendentium, inutilis plane est ad intentum.

110 Dicunt ipsi DD. Procuratores, quod filii gravati habentes prærogativam lineæ ingressæ in concursu cum Agnato per plures gradus distante ab eodem gravato, vel non debuissent excludi, vel saltem definiri debuisset casum eorum favore non evenisse, ob existentiam Agnati transversalis legitime nati, ut intelli-

telligeretur, nihil aliud fuisse decisum nisi prælationem Agnati legitime nati, licet transversalis supra descendentes gravati legitimatos.

111 Verumtamen si res esset in terminis ab averso ideatis, si actum fuisset de simpliciter naturalibus, rite recteque legitimatis, si non fuisset quæsitum jus memorato Agnato, ante eorum Dispensationem, adhuc adversaria ratiocinatio nihil concluderet, non solum quia in ipsis adhuc deerat qualitas legitimæ conceptionis, & nativitatis, sed etiam, & multo magis, quia quæstio tunc erat, an extincta linea legitima gravati, locus esset subsequenti substitutioni a Testatore ordinatæ favore Agnati sui proximioris legitimi ut supra, scilicet, an esset faciendus transitus ad lineam transversalem legitimam deficiente linea recta legitima, cognovit Senatus Excellentissimus non concurrere in Nicolao, & Raphaele qualitates volitas, ad exclusionem substituti transversalis, cognovit concurrere in eodem Agnato qualitates volitas ad purificationem casus ejus favore, ac propterea decidit, non esse in dictis Fratribus qualitates (volitas nempe ad exclusionem substituti) esse autem qualitates (volitas nempe, ad ejus admissionem) in Agnato transversali.

112 Novum plane est, quod decisio prolata respectu diversi articuli, & diversæ substitutionis continere deberet decisionem aliarum substitutionum, atque articulorum, quodque Senatus Excellentissimus teneretur in suis Sententiis prophetico spiritu divinare casus omnes possibiles, vel saltem futuros, ut occasione unius articuli, ac quæstionis, omnes decideret, atque non præsentes solum articulos dirimere teneretur, & rem trahendo ad nostros terminos, quod decidens articulum concursus inter Agnatum legitimatum tantum (etiamsi tales fuissent dicti Fratres) cum Agnato meliorem prærogativam habente, decidere deberet etiam articulum concursus, inter Agnatum legitimatum (si talis fuisset D. Marchio Don Theodorus Georgius natus, & procreatus de legitimo matrimonio) & mere cognatum, prout est D. Marchio Princeps Adversans, etiam præscindendo ab aliis oppositionibus contra ipsum jam supra attactis, & plene propositis ante sententiam anni 1697.

113 Non fidentes assumpto suo DD. Procuratores Adversantes transeunt ad illud assumptum, quod etiamsi exclusio dictorum Fratrum Nicolai, & Raphaelis fundata fuisset in concursu Agnati legitimi, & admitti deberet, quod naturales legitimati censeri possent vocati, saltem per posterius; Adhuc D. Marchio Estensis vocatus (ut supponunt) cum onere assumendi cognomen Familiæ, rem haberet pro se decisam, quia enucleati Juris sit, quod masculi ex fœminis taliter vocati, præferendi sint naturalibus legitimatis, etiam quando de eorum vocatione non ambigitur saltem per posterius.

114 At ideatum hoc Juris enucleati theorema abhorret a Juris præscripto, quod immo volita agnatione ante cognationem, nomine Agnato-

torum complectitur non solum descendentes a legitimatis, sed ipsos etiam illegitimatos, & quod plus est aliquando etiam illegitimos, & ab eis descendentes, atque insuper evidenter opponitur hypothesi figuratæ, & litteræ Testamenti.

115 Figurantur siquidem admissi, & vocati saltem per posterius legitimati, non sub alia vocatione, nisi Agnatorum; clarum ergo est non esse locum Cognatis succedendi, nisi post omnes Agnatos vocatos, sive per prius, sive per posterius, cum non transeat Testator ad invitandos descendentes a fœminis, nisi in casu, in quo nulli reperirentur Agnati.

116 Quod vero attinet ad aliam disparitatem intercedentem, inter Sententiam 1576., & anni 1697., ob diversitatem nempe qualitatis dictorum Nicolai, & Raphaelis, ac D. Marchionis Don Theodori Georgii, quod hic esset de legitimo matrimonio, licet descendens a legitimato, illi autem (ut dicti DD. Procuratores ajunt) simpliciter legitimati, si res esset in terminis ab adverso suppositis, nec intercederent aliæ disparitates jam supra attactæ, adhuc non satisfaceret adversaria responsio.

117 Si enim dixisset Testator, & ubi nulli reperirentur Agnati de legitimo matrimonio (quod certe non dixit) adhuc verificabatur qualitas in D. Marchione Don Theodoro Georgio, non verificabatur in dictis Fratribus Nicolao, & Raphaele, & saltem ad evitandum egressum ab Agnatis, & transitum ad Cognatos non fuisset supplenda littera extendendo qualitatem personalem substituti ad omnes ejus descendentes, cum qualitas personalis residens in ascendente transferri nullatenus possit ad descendentem, nec ideo hic cessaret esse de legitimo matrimonio, quia ille non fuerit.

118 Esto aliquando qualitas volita in persona præcequiratur etiam in linea, sed regula generalis non est, pendet autem resolutio ex diversitate dispositionum, & casuum, nullusque fortior casus assignari posset, quam qui in hypothesi figuratur substituti ultimo loco, & in subsidium ad conservandam agnationem eo meliori modo, quo fieri posset.

119 Sed hic non est casus noster, cum substitutio Agnati omnis, in conditione positi, nulla tali adjectione restricta sit.

120 Cæterum proloquium de vitio radicis, exempla rerum judicatarum, Juris theoremata, suas habent disputationes, & distinctiones notissimas, nec sunt casui præsenti applicabiles, cum nec vitium sit in radice, legitimatione scilicet, & tempore abolitum, nec si esset, quidquam noceret, cum tunc tantum locum habeant supra opposita, quando eadem ratio militat pro radice, & surculo, non quando militat diversa, cum retenta eadem similitudine, ad multa aptus sit surculus, ad quæ radix inepta est, & proinde reprobari possit radix, probari surculus.

121 Gratis autem declamatur, quod D. Marchio Duplicans disparitatem memoratam minime recensere deberet, conscius scilicet

D.

D. Marchionem Alexandrum ejus Avum exclusum fuisse a Fideicommisso Comitis Gasparis Trivultii ob descendentiam a legitimato, in Sententia 16. Decembris 1682., cum non debuisset considerari in Catalogo legitime natorum quoad successionem Fideicommissi, qui licet legitime natus haberet Patrem aut Avum, aut alium ascendentem legitimatum, quia revera hac de causa fuisse exclusum, nec probatur, nec probari poterit, cum alia fuerit ratio exclusionis, hic extra propositum non ponderanda.

122 De cætero quid valet illatio de uno Fideicommisso ad aliud? Quid si ejus Fideicommissi incapaces fuissent ob ideatum titulum legitimati, quia ita tulisset illius Testamenti contextus, an ideo incapacitas generalis esset ad cætera Fideicommissa?

123 Profecto, cum ad multa alia Fideicommissa Trivultiæ Domus admissus fuerit D. Marchio Don Theodorus Georgius, pronior ab exemplis est illatio, pro admissione ad hoc quoque Primogenium.

124 Quod autem subditur, quod in puncto hujus ipsius Primogenii ea ipsa ratione, qua exclusi sunt legitimati, debeant excludi etiam descendentes ab iisdem, est mera petitio principii obnoxia omnibus oppositionibus, & responsionibus, de quibus supra.

125 Respondendo autem adversariæ anacefaleosi, seu dictorum recollectioni, constat ex dictis, quod Causa iterum mature considerata (prout exactissime factum est ante Sententiam anni 1697., ut patefacit moles actitatorum, ac narrativæ Sententiæ ipsius) nihil sperare potest Princeps Adversans, ut frustra sibi blanditur.

126 Inutilissimus quoque conatus est revangare Sententias, in punctis legitimationum prolatas, quæ nec sunt in meris terminis, qui ab Adverso recensentur, & in specie illa diei primæ Martii anni 1680., quæ dicitur percutere merum punctum filiationis non autem legitimitatis, contra litteram ipsius Sententiæ in hæc verba = *Constare Paulum Alexandrum de Trivultiis fuisse filium naturalem legitimatum Comitis Jo: Jacobi*, nec in quæstionem vocari possunt, deficiente revisionis beneficio, minus illæ, quæ prodierunt in causis, in quibus nihil commune habuit D. Princeps, minus adhuc ob emendicatam accusationem prævaricationis, & collusionis, a qua integerrima innocentia contrahentium, & optimum eorundem nomen satis, superque supra vindicata sunt.

127 Pro coronide demum DD. Procuratores Adversantes progrediuntur ad incusandos quoque D. Principem Don Antonium Cajetanum Gallium Trivultium, & D. Donnam Magdalenam Trivultiam de Moles filiam defuncti D. Capitanei Don Caroli Trivultii, & Matrem D. Don Caroli Francisci de Moles, seu ipsum D. Don Carolum Franciscum, non solum negligentiæ, atque oscitantiæ in defendenda Causa super punctis legitimationis, quippe qui spem nullam habere possent consequendi

Pri-

Primogenii, & proinde solliciti non fuerint, nec esse deberent in dictis Causis legitimationis, quæ viam sternebant Marchioni Trivultio ad consequutionem ejusdem Primogenii, verum etiam non dubitant accusare de secutis pactionibus, & collusionibus initis inter ipsos, & dictum D. Marchionem Trivultium ad effectum intercipiendi Jura D. Principis Estensis cum eorundem lucro.

128 Quod autem mirabilius est decantant, imperturbata firmitate, nemini ignotas esse easdem pactiones, studiumque D. Principis Gallii Trivultii apparenter tantum contradicentis, sed revera pro viribus faventis, ipsi Marchioni Trivultio, ne amitteret fructum secutæ pactionis, & præ cæteris ne perderet remissionem fructuum tanti temporis, quam pollicitus fuerat ipse D. Marchio Don Theodorus Georgius: hoc autem ipsum inferunt ex Sententia anni 1697., absolvente eundem Principem a restitutione fructuum dignis de causis.

129 Quod vero attinet ad D. Don Carolum Franciscum de Moles ejusque Matrem, rem non diversimode actam fuisse dicunt constituturum esse, revolutis monumentis illius temporis, concordantibus nempe inter se colludentibus, & secreto dictis omnibus paciscentibus, cum probe scirent omnes totum Jus esse ipsius D. Marchionis Estensis, & proinde facile fuisse D. Marchioni Trivultio donare, quod ad se minime spectare noverat, conscius suæ incapacitatis, aliis autem acquiescere ei portioni, quam extorquere potuerunt, quæ semper multa erat pro illis, quibus nihil penitus debebatur.

130 Et hæc sunt præclarissima argumenta, quæ de novo adducuntur in Causa revisionis non proposita ante Sententiam anni 1697., & quæ consistunt in gratis contra veritatem allegata præclarissimorum Equitum collusione in præjudicium tertii ad alienam substantiam devorandam cum scientia indebitæ usurpationis, quibus dicteriis nimis effuso calámo jactatis, nec causæ ratio responsum flagitat, nec correspondens dari patitur Majestas tanti Senatus, coram quo causa agitur; & nomina existentium in Causa omnino exigunt, ne par pari rependatur, quod certe præsens esse debuerat adversariarum replicationum Compilatori, qui nemini pepercit, id unum respiciens, quod putaret facere ad Causæ opportunitatem.

131 Verumtamen plures alios ultra dictos DD. Principem, ac de Moles fuisse in Causa, ut supra attactum est, docet actitatorum Moles, & narrativæ utriusque Sententiæ, nec oscitanter, ac perfunctorie jus suum ipsos Principem, ac de Moles prosecutos esse, sed toto virium conatu ad causam tuendam incubuisse.

132 Quod autem unice D. Princeps Estensis jus haberet, reliqui vero destituti essent, & apparenter ad deludendum tertium Causam sustinerent, ut fructum secretarum pactionum consequerentur, apertæ allucinationis convincunt objecta proposita contra ipsum Principem Adversantem, & Jura promota pro aliis acerrime

jam

jam in principio indicata, & in praecedenti Causa late agitata, quæ facile profecto effecissent, ut si nullus adfuisset Agnatus, nihilominus idem D. Princeps Estensis succubuisset: Quod ideo D. Marchio Duplicans non ostendit, quia in hac Causa revisionis super unico puncto prælationis Agnati, nihil ad rem faciunt aliæ quæstiones, minus autem illæ, quæ disputabantur inter ipsum D. Principem, atque alios Collitigantes, nec quidquam commune habent cum articulo favore D. Marchionis Duplicantis Patris deciso.

133 Ad intrudendam vero opinionem secretarum pactionum cum D. Principe Trivultio frustra provocatur ad notorietatem ignotam, & gratis allegatam, perperam quoque affertur Sententia ipsius Senatus, qui certe nunquam potuit absolvere a fructibus dignis de causis, inhærendo collusionibus, machinamentis, ac secretis pactionibus Partium, in tertii excidium.

134 Et si veræ fuissent non piæ adversariæ meditationes, nimis infulsum fuisset, ut Partes colludentes turpitudinem suam Senatui inutiliter revelarent. Quid enim opus erat respectu fructuum, qui exempti erant a vinculo Fideicommissi, quid inquam opus erat auctoritate Senatus, cum sola remissio D. Marchionis Trivultii in causa victoris suffectura esset?

135 Respectu autem DD. de Moles revolvant DD. Procuratores Adversantes monumenta ejus temporis quantum volunt, ostendant, si possunt, umbram pactionis, quæ influere potuerit, in dictam Sententiam anni 1697.

136 Figurant insuper dicti DD. Procuratores Adversantes dicturum D. Marchionem Duplicantem, quod D. Marchio ejus Pater agnitus fuit tamquam Agnatus de Agnatione Trivultia ab ipso D. Principe Estensi. Si hoc diceret, verum diceret: sed non opus habet assertione D. Principis, qui habet plura Senatus oracula, & qui pro se habet (quæ positis Sententiis superabundant) innegabilem Juris censuram, & praxim tamquam veros Agnatos ipsos etiam legitimatos, nedum legitimos ex legitimitatis recognoscentem, &, quod plus est, etiam illegitimos saltem ex consuetudine regionum, inter quas Italiam enumerari, nemo ignorare potest, cum etiam hoc genus cognomen sustineat, gentis insignia deferat, & pro Agnato reputetur.

137 Figurant institutum D. Marchionem Duplicantem in sæpe rejecta revisione multiplicatis Senatus Oraculis, rejectionemque tribuit incuriæ, immo etiam malitiæ dicti D. de Nigris, qui, ut ajunt, plura alia neglexit in Causa deducere, distulitque petitionem ad imminentem lapsum biennii, atque extrema ejus momenta, ut vel experimentum revisionis deficeret, vel saltem excitari posset quæstio obtenti extra tempus decreti, quod nec obtentum fuisset, nisi D. Princeps affectatissimæ hujus omissionis tandem conscius, de reportando decreto, quamvis in fine biennii sollicitus fuisset.

Hoc

138 Hoc est novum adversarium commentum. Nec D. Marchio Duplicans insistit nunc inutiliter in Sententiis, quæ revisionem de Justitia excluserunt, & cui agnita demum veritate renunciavit ipse D. Princeps Adversans in actis ultimæ Causæ super revisione, ut supra ostensum est, immo, ne in ultima quidem Sententia, & consultatione exclusiva ejusdem revisionis etiam ex gratia cum supremis Ordinibus S. C. C. Majestatis, quamvis ut supra subreptis nunquam parere detractaverit, silentio tamen præterire nequit novam indebitam accusationem dicti de Nigris quæ novam comminiscitur prævaricationem non solum in verosimili, sed penitus repugnante narrativa.

139 Dicitur idem de Nigris, & quidem de industria, & data opera neglexisse petitionem revisionis, obtento decreto quod locum disputationi relinqueret, & non meminerunt DD. Procuratores Adversantes alterius Decreti, ex parte ipsius D. Principis, in Causa petitæ revisionis producti, quod ad majorem cautelam obtentum dicebatur ab ipso D. Nigro, qui ideo dici nequit neglexisse unicam reportare, si duas obtinuit; non retinet quot, & quanta obstarent deducta contra ipsam revisionem, ultra quæstionem super reportato, aut non in tempore decreto; non retinet quanta cum insistentia incubuerit idem de Nigris, pro obtinenda revisione ne acquiescens quidem Sententiæ Senatus dum post illam adhuc novis precibus conatus est deflectere Excellentissimum Ordinem in sensum admittendæ revisionis: Quod extraordinarium plane perfugium, tanto cum conatu satis, superque, etiam de se solo, refellit impictam notam prævaricationis, & oscitantiæ ne causa revideri posset, ne arcana causæ ejusdem iterum panderentur, uno verbo, ut turpitudo præcedens occultaretur.

140 Præterquamquod si conscius fuit D. Princeps Adversans, ut DD. ejus Procuratores asserunt, tantæ oscitantiæ, immo omissionis affectatissimæ, cur iterum suam causam commisit infido Procuratori, affectanti omissiones adeo in suo sensu præjudiciales, & quomodo hic infidus affectator, cui cordi erat, ne causa revideretur, ne ejus turpitudo revelaretur, adeo enixe semel, atque iterum extorquere revisionem tentavit.

141 Profecto veritas denique emicat, & ab ipsa accusatione innocentia vindicias obtinet.

142 Non est autem cur inculcent DD. Procuratores Adversantes concessionem S. M. non obstantibus contrariis sensibus Senatus Excellentissimi ob singulares circumstantias casus, non sine intrinseca meritorum cognitione.

143 Erant enim DD. Procuratores Adversantes dum putant coram S. M. actum esse de meritis Causæ principalis nisi forte ex parte D. Principis insinuatum sit aliquid pro libito ad opportunitatem, sine responsione ex parte D. Marchionis Duplicantis neque enim in causa pætitæ revisionis ex gratia locus erat disputandi de meritis alterius Causæ, & in alia via, nempe in via Justitiæ. Sin-

144 Singulares autem circumſtantiæ terminant in decantata ibi coram S. M. prout nunc decantatur coram Senatu, prævaricatione, colluſione, machinatione, ſub prætextu memoratæ Scripturæ, quæ incuſatio, quam toto cœlo a veritate aberret, jam ſupra oſtenſum eſt.

145 Cæterum quoad merita Cauſæ, licet tantopere ante deciſionem diſcuſſæ, nunquam ſomniavit D. Marchio Duplicans opponere exceptionem rei judicatæ, in conſpectu conceſſæ ex gratia reviſionis, ſed ſibi gratulatur nihil de novo oppoſitum, aut de novo opponi poſſe, quod in contrarium ſenſum deflectere poſſit Sapientiſſimum Ordinem, qui tanta diſcuſſione in eadem Cauſa, in conſpectu eorundem Jurium judicavit.

146 Quoad documenta vero præcedenter producta a DD. Adverſantibus perſiſtit D. Marchio Duplicans in oppoſitionibus jam factis quæ nullatenus reſolutæ ſunt, fruſtra ſibi blandiente D. Principe Adverſante, quod ex iis actitatis conſtet quod cupit.

147 Quidquid autem ſit de ſimplici copia Teſtamenti, an eidem deferendum ſit, ſuper quo non diſputat D. Duplicans, retinet hanc veritatem, quod ſit ſimplex copia, nec plus aliquid dictum eſt in exceptionibus.

148 An autem ideo nihil in ſpecie oppoſuerit idem D. Duplicans Documentis reſpicientibus Jus perſonale D. Principis Adverſantis, quia nihil ſit opponibile, docent Acta præcedentis Cauſæ nec eſt, cur eadem crambes recoquatur.

149 Quod denique attinet ad bonorum identitatem ſatis fuit D. Marchioni innuiſſe, quod innuit, cum pro certo teneat nunquam eventurum caſum, in quo de hoc extremo ſit diſputandum, non ſatis proficiente inventario, non taciturnitate D. Principis Gallii Trivultii, non probatione adducta ex parte Aſcendentium D. Marchionis Duplicantis fundata in eo ipſo Inventario.

150 Nam ubi etiam hæc omnia concurrerent, nihilominus Inventarium ad ſummum poſſet rejicere onus probandi in alterum: D. autem Principis Gallii Trivultii, atque Aſcendentium D. Marchionis Duplicantis nihil intererat diſtinguere inter bona deſcripta in dicto Inventario, quia ſi bona non veniebant ſub compendium Primogenii Comitis Joannis, ſubjacebant aliis Fideicommiſſis Trivultiis declaratis favore eorundem Aſcendentium.

151 Quod indicaſſe ſatis ſit, cauſæ ratione ne hoc quidem flagitante.

152 Denique quoad Jura producta a D. Marchione Duplicante in ſuis exceptionibus, nempe Sententias Senatus Excellentiſſimi, cum ſatis de eiſdem ſupra diſertum fuerit, non eſt cur hic inutiliter jam dicta repetantur.

153 Ex his propterea, & aliis perſiſtit præfatus D. Marchio Duplicans, in jam per eum petitis &c., damnatis ſemper præfatis DD. Adverſantibus, modis, ut in Actis, in omnibus expenſis, & damnis, ac ſalario de quibus &c., prout ita &c., ſecus &c., ſalvo &c.

NOVÆ ALLEGATIONES

PRO

Nobb. DD. Marchione Don Theodoro Georgio, Don Joanne Jacobo, & Don Hieronymo Fratribus de Trivultiis

REIS CONVENTIS

In judicio, revisionis ex gratia *admissæ adversus Sententiam Senatus Excellentissimi diei* 28. *Junii* 1697.

CUM

Excell. D. Marchione Rinaldo Alberico D'Este, & Fratribus Comitis de Barbiano de Belgiojoso.

ACTORIBUS.

1 NOn malo fato, non siderum vi tribuere debent Excellentissimi DD. Adversantes, infaustum, quem nactus est exitum Illustris olim D. Princeps Don Sigismundus Estensis in judicio coram hoc Excelso Ordine sub finem proximè evoluti sæculi instituto, absolutoque ope Sententiæ diei 28. Junii effluxi anni 1697., qua declaratum fuit = *Marchionem Theodorum, alias Georgium Trivultium esse ex agnatis volitis a Comite Joanne Testatore, & ideo ejus favore evenisse casum, ac eidem relaxanda bona relicta per dictum Comitem Joannem non obstantibus deductis* = de qua in facti serie *supra fol.* 84. *num.* 58.

2 Prodiit siquidem hujusmodi decisio in causa non levis sanè momenti, sive ratione substantiæ in contentionem deductæ = sive ratione præclarissimæ conditionis personarum, quæ ad prædictam successionem inhiabant = sive demum ratione præstantissimorum id temporis Patronorum, qui hinc inde pro aris, & focis, summoque ingenio digladiarunt.

3 Prodiit insuper a Supremo Subsellio, cujus eximia æquitas, incorrupta, & constans justitia, nec non solertissima in judicando prudentia commemorari quidem, sed, qua par est, laudatione æquari vix potest.

4 Qua de re exulat quælibet adversæ fortunæ suspicio, & infaustum causæ exitum, de quo conqueruntur Excell. DD. Adver-

san-

ſantes non ex alio fonte repetere debent, quam a voluntate Teſtatoris = a tot perſpicuarum rationum confluxu, quæ memorato Marchioni Theodoro Trivultio apertiſſime favebant, = a juſtitia denique tanti Tribunalis, cujus eſt *ſuum unicuique tribuere*.

5 Hinc abs jure ſibi blandiuntur prædicti Excellentiſſimi DD. Adverſantes, quod revocata iterum ad judicialem incudem superius recenſita ſententia ſub clypeo reviſionis jamdudum a dicto Illuſt. D. Principe Don Sigiſmundo ex gratia impetratæ diverſum futurum eſſe poſſit ejuſdem Excelſi Ordinis judicium.

6 Et ſane non nova ſunt, ſed vetera omnino (ſi pauciſſima demantur, quæ partim facti veritati reſiſtunt, partim nihil prorſus ad rem influunt, ut ſuo loco oſtendetur) momenta omnia, quæ ex Adverſo proferuntur, iiſque uberrime factum jam fuit ſatis occaſione exacti judicii anni 1697., prout teſtantur elaboratiſſima ſcripta tunc temporis edita pro Marchione Don Theodoro Trivultio, quæ nunc recuſa Ampliſs. PP. diſtributa fuerunt.

7 Quid igitur ſperandum eſt Excell. DD. Adverſantibus, dum illiſmet armis utuntur, quæ in anteacto prælio penitus refracta fuerunt? Num credendum, quod ea rationum momenta, quæ ſemel Aſtreæ lancibus perpenſa, levia omnino apparuerunt, nunc temporis vetuſtate, & ex quadam contracta ferrugine meliora ſint evaſura? Non ita plane: immo ambigi non debet, quod accedente pondere rei ut ſupra judicatæ eo magis in irritum cedere debeant adverſarii conatus.

8 Cæterum, cum, ut innuebatur, meſſis ferme tota in præcedentibus ſcriptis collecta fuerit, ita ut vix aliquæ ſpicæ nobis ſuccidendæ ſuperſint; hinc ne patientia Ampliſs. Patrum abutamur ea recoquendo, quæ fuere jam ad lautitiem appoſita, & obgeſta, non aliud a nobis agetur, quam adverſariis veſtigiis inſiſtendo oſtendere vanitatem, & inſubſiſtentiam præcipuorum argumentorum, quæ modo iterum circumferuntur.

9 Tota itaque adverſaria ratiocinatio huc demum redit.

10 Supponitur in primis dubitari non poſſe de vocatione ad Primogenium, de quo agitur dicti Illuſtriſs. olim Principis Don Sigiſmundi Eſtenſis, qua deſcendentis ex Juſtina Trivultia Sorore Comitis Joannis hujuſce Primogenii conditoris; cujus diſpoſitionem ad examen ſubinde revocant, & probare nituntur, quod.

11 Tum ex littera Teſtamenti.

12 Tum ex conjecturata Fideicommittentis voluntate.

13 Tum demum ex rebus alias per Excell. Senatum judicatis in propoſito hujuſce Primogenii ſatis conſtet, non alios ad ſucceſſionem in eodem Primogenio vocatos dici poſſe, niſi tantum legitime natos, & ex legitimis nuptiis procreatos, in modum ut illegitimi, & ab ipſis deſcendentes prorſus excluſi cenſendi ſint.

14 Quo posito inferunt nullam vocationis sedem obtinere posse Nob. DD. Marchiones Trivultios sive in dispositiva, sive in conditionali, tamquam a Com. Paulo Alexandro illegitimo descendentes, cujus filiationem licet a Supremo hoc Ordine declaratam ope sententiæ anni 1680. relata in facto *sub num.* 24., *&* *sequ.* in dubium adhuc revocari posse præsumunt.

15 Prout etiam in discrimen iterum revocare contendunt validitatem legitimationis dicti Pauli Alexandri anni 1561., cui insuper officere authumant successivam aliam legitimationem anni 1565., quamvis utramque hanc quæstionem de medio sustulerit sententia anni 1696. decernendo = *legitimationem diei* 17. *Novembris anni* 1561. *factam a Baptista Castillionæo Comite Palatino de dicto Paulo Alexandro Trivultio validam esse*; *nec illi aliquod præjudicium illatum fuisse per legitimationem factam a S. M. diei* 8. *Martii* 1565. *favore ejusdem Pauli Alexandri Trivultii*; *ideo attendendas esse etiam sententias enunciatas Senatus*; *nec illis manum apponendam non obstantibus deductis* =

16 Hanc quippe sententiam sibi nocere non posse putat Pars adversa; quatenus asserit illam processisse ab asserta collusiva renunciatione, & prævaricatione J. C. Francisci de Nigris.

17 Quod si etiam nihil opponi posset antedictæ sententiæ; subdit adhuc sub Judice permansisse punctum super viribus, & effectibus prædictarum legitimationum, quas non plenæ legitimationis, sed vix simplicis dispensationis speciem præseferre contendit, ideoque ineptas ad effectum succedendi in hoc Primogenio.

18 Antequam vero hactenus recensita Adversariorum momenta ad trutinam revocemus, præstat in primis verum quæstionis statum constabilire.

19 Agitur hic de judicio revisionis, quæ unice percutit antescriptam sententiam Senatus Excellentissimi diei 28. Junii 1697., cæteræ enim sententiæ, quæ eamdem præcesserunt, & præsertim illa anni 1680., & altera subsequentis anni 1696. nulli, vel minimo dubio obnoxiæ esse possunt, cum ad ipsas elargitum revisionis beneficium minime protendatur.

20 Hinc pro constanti, & indubitato retinendum est, nullam prorsus quæstionem institui posse super filiatione memorati Pauli Alexandri Trivultii utpote, quæ cubitalibus litteris fundata remanet in præcitata sententia anni 1680. = ibi = *constare Paulum Alexandrum de Trivultiis fuisse filium naturalem legitimatum Com. Jo. Jacobi, & similiter liquere de descendentia March. Alexandri Actoris a dicto Paulo Alexandro ejus Avo non obstant. deductis* = nec non confirmata in alia recensita sententia anni 1696., quibus pro coronide adstipulantur tot dilucidæ, & ingenuæ confessiones Auctorum Excellentiss. DD. Adversantium recensitæ in facto a *num.* 142., ad 168.

21 Retinendum itidem disceptari ulterius non posse de validitate legitimationis anni 1561., eique nullum præjudicium illatum

 fuisse

fuiſſe ab alia legitimatione anni 1565., ita quippe re plene diſcuſſa ſancivit Supremus hic Ordo dicto anno 1696., ejuſque judicio acquievit Illuſtr. D. Princeps Don Sigiſmundus Eſtenſis, a quo perperam recentiores Excell. DD. Actores jura metiuntur ſua.

22 Quo circa unice in præſens videndum eſt, an ſæpedicta ſententia anni 1697. adverſetur, ut male contenditur, tum litteræ diſpoſitionis teſtamentariæ prælaudati Comitis Joannis, cum ejus conjecturatæ voluntati, & rebus in anteceſſum judicatis.

23 Quod ſi hæc omnia evidentiſſimis argumentis ex Adverſo non comprobentur, victoria nobis deeſſe certo certius non poteſt; nam ubi etiam res ad ſtatum dubitationis reduceretur, pro ſententia quam ſupra retulimus haud dubie decernendnm eſſet, cum pro illa ſtet omnis juris præſumptio. Scaccia *de judic. civ.*, *& crim. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 603., Menoch. *conſ.* 1131. *num.* 21., Rot. Rom. *part.* 5. *tom.* 1. *deciſ.* 111. *num.* 15., *& deciſ.* 246. *part.* 9. *num.* 20. *tom.* 1. *recent.*, Maſcard. *de probat. vol.* 3. *concluſ.* 1296. *num.* 3., De Luca *de fideicom. diſc.* 25. *num.* 6. *diſc.* 43. *num.* 14., Torr. *de Primog. part.* 1. *cap.* 37. *num.* 258., Polit. *de judic. diſſert.* 7. *num.* 9. *diſſert.* 11. *num.* 4., *&* 16. *tom.* 4. præcipue cum agatur de ſententia

24 Supremi Tribunalis, non obſtante pendentia reviſionis a Parte ſuccumbente interpoſitæ, ut notat, Alciat. *de præſumpt. reg.* 1. *præſ.* 9., idemque Polit. *tit. de jure patr. diſſert.* 5. *num.* 4., aliique DD. ab eo allegati.

25 PORro nimis confidenter in primis affirmant Excell. DD. Actores dubitari non poſſe de vocatione Illuſtr. olim Principis Don Sigiſmundi Eſtenſis ad primogenium, de quo eſt quæſtio; nam etſi non inficientur ipſum deſcendere a Juſtina Trivultia Teſtatoris ſorore, meminiſſe tamen debent graviſſimos articulos ſuper hac prætenſa vocatione excitatos occaſione præterlapſi judicii, tum è latere D. Donnæ Magdalenæ Trivultiæ, tuendu etiam jura Don Caroli Franciſci Moles ejus filii primogeniti, tum e latere Principis Don Cajetani Galliæ qua deſcendentis ex Donna Octavia Trivultia, tum demum ex parte Ducis Albeti filii Primogeniti dictæ Octaviæ, qui dum omnes pugnabant pro excluſione March. Theodori alias Georgii Trivultii, ſubordinato prælio inter ſeſſe dimicabant pro arripiendo ſibi viciſſim ſucceſſionis præmio.

26 Etenim poſita excluſione D. March. Theodori, authumabat Princeps Gallia, vel fideicommiſſum expiraſſe in perſona Principis Don Antonii Trivultii poſtremi poſſeſſoris, a quo ipſe hæres ex aſſe ſcriptus fuerat, quatenus extrema ſubſtitutio Primogenii ex Agnata Teſtatoris in meram vulgarem reſolveretur, quæ caduca, jampridem evaſerat, attenta verificatione præambulæ ſubſtitutionis agnatorum, a qua pendebat ſubalterna, & conditionata vocatio primogeniti ex fæmina Agnata.

27 Vel ubi adhuc fideicommissum subesset hoc sibi deberi ajebat tum Dux Albeti tanquam Primogenitus dictæ Octaviæ Trivultiæ, tum Princeps Don Cajetanus Gallia tanquam filius ipsius Octaviæ fœminæ Agnatæ, & in ingressu lineæ constitutæ ad exclusionem tam Principis Estensis, qui duplici gradu a fœmina Agnata distabat, ideoque dici non poterat primogenitus Agnatæ, quam dicti Don Caroli Francisci Moles, qui ab Agnata remotiore descendebat, & carebat prærogativa lineæ ingressus.

28 Iisdem ferme principiis utebatur etiam dictus Don Carolus Franciscus Moles pro inducenda exclusione memorati D. Principis Estensis, & conabatur aliunde ostendere, vel fideicommissum expirasse in persona D. Caroli Trivultii ejus Avi materni pendente lite vita functi, vel ubi adhuc Primogenium vigeret, casum succedendi ejus favore evenisse contendebat tamquam Primogenitus immediatus fœminæ Agnatæ ejus matris.

29 Gravissimæ hæ, & aliæ quæstiones indecisæ permanserunt, quia obstabat præjudicialis inspectio prætensæ exclusionis March. Don Theodori Trivultii, cui exinde adjudicata fuit successio; hinc sublata evasit necessitas definiendi prænarratas subalternas quæstiones.

30 Quod hic obiter, summisque, ut ajunt labiis, nunc temporis attigisse sufficiat, ut innotescat, quæ, & quantæ prætensæ vocationi Ill. D. Principis Estensis obsistant difficultates.

31 Sed ne exctiutæ quæstionis punctum hoc modo evitare videamur, juvat per meram hypothesim supponere allegatam subsistentiam vocationis dicti Illustrifs. Principis Don Sigismundi, ut magis vindicata refulgeat justitia prolatæ sententiæ.

32 JAm vero quod litteram dispositionis attinet in serie facti per extensum relatam pag. 84. num. 3., & conjecturas, quæ ab ea deducuntur, animadvertimus præcipuum, & enixum Testatoris votum illud fuisse prospiciendi splendori, & conservationi propriæ Agnationis; quod non solum emicat ex absoluta agnatitia qualitate hujusce Primogenii numeris omnibus comprobata in allegationibus editis occasione anteacti judicii (1), sed eo magis confirmatur ex singulari, summeque notanda circumstantia, quod dum Testator prole, & propinquis carens sub oculis habebat duas sorores *Justinam*, & *Domitillam*, quibus sive ex sanguinis necessitudine, sive ex lege intestatæ successionis deferri debuerat fratris successio; attamen ille his omnibus posthabitis, hæredem ex Agnationis cœtu seligere maluit, licet remotissimum, nempe Joannem Jacobum Trivultium March. Malei nono gradu a se disjunctum.

33 Nec satis: postquam idem Testator plurimis, diversisque substitutionis gradibus adjectis, Agnatos undique conquisivit, qui in ejus hæreditate servata primigenii lege succederent, cogitavit demum ad ingratissimum illum casum, quod scilicet tractu tem-

(1) *Vide supra pag. 37. num. 7. & sequentibus.*

temporis *nulli* amplius *reperirentur Agnati*; quid agendum in hac tam adversa hypothesi? ad prætermissas sorores, earumque posteritatem nominatim respiciendum fore, quisque de plano dixisset; sicque reparari quodammodo debuerat injuria sororibus, & naturali sanguinis charitati illata, dum ipsarum immemor easdem remotissimo Agnato posthabuerat.

34 Non ita tamen censuit Testator, qui dolore quodammodo perculsus ob præconceptum adversum casum, totusque adhuc inhians conservationi Agnationis, illam in subsidium artificialiter renovare voluit in masculis descendentibus ex fæminis.

35 Ast saltem masculos descendentes ex *Justina*, vel *Domitilla* prædilexisset Testator! verumtamen illarum ipse iterum oblitus sorti committere voluit hujusce subsidiariæ vocationis judicium substituendo in casu omnimodæ deficientiæ Agnatorum *Primogenitum* non *Justinæ*, non *Domitillæ*, sed generice, & simpliciter *Agnatæ mihi in gradu proximioris*.

36 Verum, non hic adhuc sistit ardentissimum nostri Testatoris conservandæ, ampliandæque agnationis studium, & neglecta e converso erga sorores affectio.

37 Cum enim illas vix tenui legato Scutorum mille honorasset his verbis = *Item lego Justinæ, & Domitillæ sororibus de Trivultio sororibus meis Scuta mille auri pro singula earum in tot bonis immobilibus* = sequentem conditionem illico adjecit = *quod ubi decederent sine filiis masculis* (mirum sane dictu!) *quod dicta bona, SEU PORTIO ILLIUS SIC DECEDENTIS REVERTANTUR AD HÆREDEM MEUM, PROHIBENS IDEO EORUNDEM BONORUM ALIENATIONEM* =

38 Et quasi satis non declarasset volitam in eo casu legati restitutionem; iterum statim subdidit =, *& eveniente dicto casu ad dictum hæredem meum redeant* =

39 Qua in re est itidem animadvertendum, quod neque reciprocæ beneficium Sororibus concedere voluit, quoties alteram ex ipsis improlem prædecedere contingeret, ad hoc ut facilius modica etiam legata substantia ad hæredem Agnatum conflueret.

40 Ex hoc tam anxio, immo tam austero conservandæ Agnationis voto dupplicem illationem tuto pede deducimus.

41 Prima est masculos descendentes ex fæminis Agnatis non aliter ad hoc Primogenium pro Agnatis præcise conditum admittendos esse, nisi in universum extincta prorsus Agnatione Trivultia a Testatore summopere contemplata, & præ sororibus dilecta.

42 Ita perhibet materialis scripturæ ordo, qui prædilectionis, & prælationis ordinem, & se tantum præsefert *l.* generaliter §. *quid ergo ff. de fideic. libert. l. qui solvenda* 60. *ff. de hæred. inst.* Tiraquell. *de jure primog. quæst.* 19. *num.* 3. Caldas Pereyr. *de nomin. Emphit. lib.* 1. *quæst.* 8. *num.* 12.

43 Ita exigit agnationis contemplatio, quæ suapte natura masculos ex fœminis a successione perpetuo repellit, saltem donec Agna-

ti superfunt., De Luca *de fideic. disc.* 24. *num.* 15., *&* *disc.* 25. *num.* 3. aliique passim.

44 Ita demum postulat vis, & effectus amplissimæ, & negativæ conditionalis, a qua pendet subsidiaria substitutio masculorum ex fœminis = ibi =, *& ubi nulli reperirentur Agnati masculi, eo casu substituo Primogenitum Agnatæ mihi in gradu proximioris*; quæ conditio ad litteram verificari debet, ut locus aperiatur adnexæ postremæ substitutioni, Manf. *consult.* 338. *num.* 30. *tom.* 4. Bonfin. *de fideicom. tom.* 1. *disp.* 44. *num.* 12. De Luca *de fideicom. disc.* 88. *num.* 4. Peregr. *de fideic. art.* 43. *num.* 9.

45 Altera est, nullum dilectionis argumentum DD. Adversantes dessumere posse, ex quo descendant a memorata Justina Fideicommittentis sorore; vidimus enim quid de sororibus senserit Testator, & quam curam de illis gesserit in concursu Agnatorum quantumvis remotissimorum.

46 Porro, quonam jure affirmari potest litteram dispositionis obversari Sententiæ anni 1697., qua in concursu descendentium ex fœminis declaratum fuit = *Marchionem Theodorum alias Georgium Trivultium esse ex Agnatis volitis a Comite* Joanne *Testatore*, *& ideo ejus favore casum evenisse* = si littera ipsa duplicem tribuebat D. Marchioni Theodoro expressam vocationis sedem prælative ad masculos ex fæminis.

47 Primo scilicet sistit in substitutione Primogeniti usque in infinitum ex Agnato masculo proximiore = ibi = *eo casu substituo Agnatum meum masculum legitimum, ut supra mihi in gradu proximiorem, ET EI SUBSTITUO EJUS PRIMOGENITUM USQUE IN INFINITUM ordine quo supra* =

48 Altera emicat ex conditionali negativa superius exscripta, quæ Agnatos omnes indiscriminatim complectitur.

49 Patet proinde, & ad evidentiam usque patet perspicua, & litteralis vocatio D. Marchionis Theodori, sive quia unicus tunc erat superstes Primogenitus masculus descendens a Comite Joanne Jacobo ejus Abavo, qui vigore substitutionis favore Agnati proximioris Primogenium de quo agitur obtinuerat ex Sententia Senatus Excell. anni 1576. de qua in facto sub num. 11., sive quia unicus tempore latæ sententiæ superstes erat Agnatus, qui tamquam in conditione positus novum habebat vocationis præsidium, Peregr. *cons.* 59. *num.* 4. *tom.* 4. Fusar. *de subst. quæst.* 441. *num.* 18., *& quæst.* 440. *num.* 14., Gabr. *comm. conclu. lib.* 4. *de fideicom. conclus.* 4. *num.* 4., & DD. longa serie ab eo congesti; & quod certum est impediebat purificationem conditionis, cui ex Testatoris judicio concredita fuerat extrema substitutio Primogeniti ex fœmina Agnata, Polit. *disert.* 42. *de fideicom. num.* 6.

50 SEd non adhuc adquiescit Pars adversa, & vocationem Marchionis Theodori ex littera impugnare contendit; quatenus putat Testatorem de Agnatis legitimis, & ex continuata serie legitima progenitis tantum sensisse.

Ad-

Additur immo eundem Teſtatorem odio habuiſſe, & excludere intellexiſſe eos omnes, qui ex juſtis nuptiis non fuiſſent procreati.

52 Nec ſatis, ſed figuratum odium Teſtatoris, etiam ad legitimos quoſcumque ex illegitimis deſcendentes protrahere Adverſantes cupiunt.

53 Magna equidem ex adverſo promittuntur, ſed promiſſis factum non reſpondet.

54 Verum enim vero, unde nam hæc omnia ex littera erui poſſunt? Si de aſſerta excluſione, & odio erga naturales, & illorum legitimam poſteritatem ne verbum quidem inſtituit Teſtator? Si non in omnibus, ſed in certis tantum ſubſtitutionis gradibus, ſcilicet in ingreſſu ſubſtitutionum, non vero in progreſſu legitimitatis qualitatem præſcriptam legimus?

55 Emicat immo oppoſitum inter cætera ex ſubſtitutione Agnati ſibi proximioris, & primogenitorum ab eo deſcendentium, quos *ordine, quo ſupra*, vocavit ad ſucceſſionem, ſed prætermiſſa, ac neglecta in ulterioribus deſcendentibus Agnati qualitate legitimitatis, & procreationis de legitimo matrimonio, quam unice exoptaverat in Agnato proximiore in caſu, de quo ſupra ſubſtituto.

56 Quod uberius liquet ex ſubſequenti altera ſubſtitutione primogeniti Agnatæ ſibi proximioris, & primogenitorum ab ea deſcendentium, quos ultimo loco vocavit ad ſucceſſionem primogenii, ſub conditione univerſali negativa: & *ubi nulli reperirentur Agnati maſculi*, quo loquendi genere Teſtator magis ſemper, magiſque oſtendit animum enixe ſuum, quod non aliter locus fieri deberet ſubſtitutioni Primogeniti Agnatæ proximioris, ejuſque deſcendentium maſculorum quam deſitis omnino maſculis, in quibus verificari contingeret qualitas, maſculini ſexus & agnationis ab eo contemplatæ, nedum legitime natorum, ſed etiam illegitimorum, eorumque deſcendentinm, qui omnes non ſecus, ac legitime nati aptiſſime comprehenduntur ſub nomine Agnatorum, quos Teſtator in conditione poſuit ad excluſionem Primogeniti Agnatæ ultimo loco ſubſtitutæ, ut ſat plene probatum eſt in *jur. alleg.* editis anno 1697. de quibus ſupra.

57 Si igitur Teſtator ter in nonnullis determinatis gradibus, & alternis vicibus qualitatem legitimitatis expreſſit, quatuor vero vicibus illam omiſit, ut videre eſt ex diſpoſitionis contextu.

58 Si hujuſce legitimitatis prærogativam certis perſonis, & gradibus alligavit, non vero lineæ, aut deſcendentiæ, quænam recta ſuppetit ratio, ex qua hanc qualitatem ad omnes vocatos, ad lineas etiam extendere debeamus?

59 Hanc legem non impoſuit Teſtator; quis illam jure adjiciet?

60 Supremæ morientium voluntates religioſe, & ad unguem ſervandæ ſunt *l. hæredes mei §. cum itaque ff. ad Trebell.*, *& l. quiſquam* 116. *ff. de verb. ſignif.*, id etiam preſcribente perantiqua

lege

lege XII. tabularum illis verbis = *Pater familias uti legassit super pecunia tutelave suæ rei ita jus esto* =

61 Quis ergo violabit nostri Testatoris discretivum eloquium ad effectum potissimum excludendi unicas Agnationis Trivultiæ reliquias, aperiendique locum postremæ vocationi masculorum ex fœminis, quos noluit Comes Joannes admitti, nisi in casu quod *nulli reperirentur Agnati*.

62 Stat igitur pro nobis littera, & discretivus loquendi modus a Testatore adhibitus, qui in interpraetandis ultimis voluntatibus, & contractibus, nec non metipsa legum dispositione quam maxime debet attendi. De Luca *de jure patr. disc.* 5. *num.* 14. Mans. *consult.* 297. *num.* 16., & 17. Surd. *cons.* 466. *num.* 18.

63 Stat contra Excellentissimos DD. Adversantes tritum illud juridicum adagium *ubi voluit expressit, ubi non expressit, noluisse dicendum est. Vulgat. jur.*

64 Quod quidem effatum in hoc themate inoffenso pede procedit, cum nulla subsit identitatis ratio, cur legitimitatis qualitatem in ingressu substitutionum, & in certo gradu adjectam ad alios extendere debeamus, in quibus expressa non fuit.

65 Nam optimo consilio, & ex diversitate rationis dicendum est Testatorem in ingressu potissimum substitutionis Agnatorum proximiorum qualitatem legitimitatis requisivisse, ne si forte sub die advenientis casus concurreret Agnatus legitimus remotior, cum Agnato illegitimo proximiore, iste illi præferri contenderet.

66 Noluit vero hanc legem adjicere in progressu, ne citius quam desiderabat ex agnatione fideicommissum excederet, & ad masculos ex fœminis properaret, quod facilius contigisset, si in omni gradu, & in qualibet linearum serie conditionem legitimitatis imposuisset.

67 Consulto autem, & ut ajunt, sciens prudens hanc qualitatem omisit in illa numquam satis memorata conditionali = & *ubi nulli reperirentur Agnati* = quandoquidem cum omne suum studium, & affectum in Agnatione collocasset, ut in ipso dicendi limine ostendimus num. 32., & seqq., omnes proinde Agnatos indiscriminatim comprehendere voluit, & sic naturales etiam legitimatos, & a fortiori eorum legitimos descendentes, quatenus etiam in illis verificatur, & conservatur agnatitia qualitas, ad quam præ cæteris respexit Testator. Molina *de primog. Hispan. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 44., Giovagnon. *resp.* 21. *lib.* 1. *num.* 16. Cyriac. *controv.* 208. *sub num.* 1., Lup. *de illegit. comment.* 3. §. 1. *num.* 75., Mans. *cons.* 654. *tom.* 7. *num.* 6., Fredian. *de fideicom. dissert.* 31. *num.* 13. 15., & 16.

68 Sileant propterea tot vanissima argumenta, & DD. auctoritates in adversariis scriptis congestæ ad inducendam, si possibile esset, tacita, & perpetua repetitione qualitatis legitimitatis in quolibet gradu, & in qualibet parte lineæ.

69 Nam in hoc contra torrentem luctatur frustra Pars adversa; siquidem

pro

pro exclusione prætensæ repetitionis pugnat testamenti littera, manifeste ostendens, ut jam innuimus, quod hujusmodi qualitatem in certis dumtaxat gradibus contemplatus est Testator, scilicet in ingressu; hinc trahi non potest ad alios substitutionis gradus, in quibus fuit omissa, Rota penes Torr. *de Primog. tom.* 3. *decis.* 7. *num.* 40. Valenzuel. ..., aliique ibidem cit., & in
70 puncto legitimitatis animadvertit, & probat Polit. *de fideic. tom.* 2. *dissert.* 61. *n.* 31., *&* 32., *& dissert.* 62. *num.* 18., *&* 19., nec non De Comit. *decis. Flor.* 57. *num* 34., *& in decis. select. tom.* 3. *decis.* 180. *num.* 36. = ibi = *& cum ista qualitas legitimitatis non sit apposita descendentiæ, sed tantum proximiori, seu proximioribus ad successionem invitat is non extenditur ad alios, neque repetita censetur in aliis gradibus* = Noguerol. *alleg.* 23. *num.* 40. ubi ex Molina *de primog.* advertit quod in majoratibus qualitates, & conditiones appositæ in uno gradu in alio non repetuntur.

71 Quapropter obstat Adversario assumpto elementaris juris regula, de qua in *L.* 1. *Cod. de condit. insert.*, quod scilicet standum sit litteræ Testamenti *nisi alia defuncti voluntas evidenter probetur*; quæ quidem probationes omnino certæ, & pernecesse concludentes esse debent, ut in thesi, de qua agimus tradit De Luca *de fideic. disc.* 43. *num.* 8.

72 Obstat insuper in abstracto altera passim recepta conclusio, quod *qualitatis* repetitio non præsumitur, præsertim de uno substitutionis gradu ad alium, ut plenissime firmat Aguirre *de tacit. oner., & condit. repet. cap.* 3. *num.* 37. = *non enim invenitur lex* (sunt ejus verba) *quæ de uno gradu admisso repetat qualitates in eo positas in ulterioribus gradibus, unde qui illarum repetitionem prætendit eam in verbis testamenti fundare debet*, & ita decisum refert a Regio cataloniæ Senatu in causis ibidem relatis.

73 Obstat itidem altera æque recepta juris conclusio, quod repetitio numquam fit de dispositiva ad conditionalem accedente potissimum diversitate rationis inter substitutionem Agnatorum, & masculorum descendentium ab Agnata substitutionem, quos quidem Agnatos, quamvis legitimatos, & multo minus eorum descendentes legitimos, per quos conservari poterat Agnatio Trivultia, verosimile non est, Testatorem negligere voluisse in erectione primogenii ab eo ordinati pro conservatione Familiæ Trivultiæ in concursu masculorum ex Fœmina, per quos Agnatio non nisi per modum fictum conservari poterat, ut laute ostensum fuit in superius memoratis allegationibus editis, occasione judicii anni 1697., ad quas brevitatis gratia nos remittimus.

74 Quod præ cæteris emergit ex vi, & indole conditionis universalis negativæ = *& ubi nulli reperirentur Agnati masculi* a Testatore oppositæ substitutione primogenii Fœminæ Agnatæ, ejusque descendentium masculorum, ultimo loco vocatorum ad su-

successionem Primogenii, quæ, ut pariter jam innuimus, undique evidentem præsefert Testatoris voluntatem, quod non aliter locus esse deberet huic postremæ substitutioni, quam deficientibus undequaque Agnatis cujuscumque generis, sive legitimis, sive legitimatis, ut præter jam allegata firmat Torr. *de primog. tom.* 1. *cap. ult. num* 13. = ibi = *cui assertioni adstipulatur etiam expressio, ET SI NULLUS ADESSET VIR CONSANGUINEUS talis enim dictio NULLUS est universalis negativa, quæ restrictionem non patitur*. Mans. *consult.* 457. *num.* 14., Altograd. *cons.* 95. *num.* 117. *lib.* 2., Bontin. *de fid. disp.* 41. *num.* 26., & 27., Bald. ad Ramon. *observ.* 17. *num.* 12., & 13. *part.* 1., & in terminis conditionis universalis negativæ =, & *non extantibus aliquibus de linea, & casata prædictorum de Qualeis* = Polit. *tom.* 1. *tit. de fid. disert.* 26. *num.* 63., Torr. *var. tom.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 12. *num.* 6. Rot. Rom. *part.* 18. *recen. decis.* 11. *num.* 3.

75 Inutili penitus evadente animadversione, quod conditionalis intelligenda sit de iisdem personis in dispositiva vocatis.

76 Sive quia antecedens dispositiva, dempto stipite unius cujusque lineæ, loquitur de primogenitis in genere, nulla adjecta legitimitatis qualitate;

77 Sive quia conditionalis juxta communem DD. opinionem intelligitur quidem ad terminos dispositivæ ad effectum, ut sub ea non compræhendantur personæ expresse excluse ab antecedenti dispositiva, non ad autem ad alium effectum, ut sub conditionali compræhensi intelligi non possint, nec debeant aliæ personæ, quam quæ vocatæ non fuerint in antecedenti dispositiva, ut docet Rot. *coram Gamaches penes Polit.*, de qua infra;

78 Sive demum quia objectum locum non obtinet, ubi conditionalis fuerit verbis amplioribus concepta; qua in hypothesi intelligenda est in eo latiori significatu, qui respondeat viribus, & proprietati verborum, Torr. *de primog. tom.* 1. *cap.* 37. *num.* 76., & 187., De Luca *de fid. disc.* 47. *num.* 5., Valent. *de ult. volunt. part.* 1. *vot.* 8. *num.* 126., & *seq.*, Polit. *tom* 1. *tit. de fid. disert.* 34. *num.* 44., & 86., & *disert.* 40. *num.* 39., ubi quod conditionalis *salva proprietate verborum, & ratione recti sermonis coangustari nequit intra cancellos certi generis personarum in præcedenti dispositiva solummodo comprehensi. Tunc enim magis late patere dicitur, & propterea de se dominatur in sua latitudine, & generalitate nullo respectu habito ad restrictionem antecedentis dispositivæ ex firmatis unanimiter per Giovagnon. &c.*, & in terminis conditionis conceptæ per verba universalia negativa: idem Polit. *tom.* 1. *tit. de fid. disert.* 26. *num.* 64. = ibi = *quæ sane singula validius resurgunt, atque efficacius recurrunt ad evincendam eandem intelligentiam in parte conditionali, ampliorem de jure admittente interpretationem, & quæ in casu nostro fulcita reperitur pluribus dictionibus universalibus, & est concepta sub forma negativa in sensu suo magis operante, quam affirmativa in*

sensu

sensu affirmativo, = & in hypothesi conditionalis conceptæ verbis amplioribus, iisq. aptis comprehendere etiam masculos ex fœminis, quamvis non vocatos in antecedenti dispositiva. Rota *coram Caprara decis.* 47., *& coram Gamaches*, quas refert Polit. *tit. de fid. disert.* 40. *num.* 40. ubi hæc habet = *Quoties, ut hic, sequens oratio est pinguior, ac magis lata, comprahendens indefinite lineam, & descendentiam, ejusque finem, tunc stat ampliative &c., quæ amplitudo operatur etiam, ut pars conditionalis, quæ alias recipit declarationem a dispositiva, nullam ab ipsa patitur restrictionem sed verbum linea ibi appositum operatur in sua latitudine*: & paulo post = *quatenus etiam dispositiva absolute non comprehenderet descendentes ex fœmina, adhuc, cum illos expresse non excludat id exuberaret pro inducenda eorum vocatione ex relata parte conditionali, quia hæc, utpote verbis magis amplis concepta, & secundum totam suam latitudinem, quam secum fert verbum, linea est intelligenda*; & in circumstantiis longe durioribus, in eo nempe casu, quo Testator in antecedenti dispositiva usus fuerat nomine *lineæ masculinæ*, in conditionali vero solo *lineæ* nomine; idem Polit. *dict. disert.* 40. *num.* 109. = ibi = *dum ergo hac distinctione inter genus lineæ, & speciem agnationis masculinæ ab ipsomet Testatore facta, habemus subinde, quod limitavit quidem dispositionem ad speciem, ac in conditionali repetit genus in tota sua naturali amplitudine, juste hinc colligimus, quod repetitio generis facta intelligitur juxta naturam, & indolem ipsius generis repetiti, non autem cum limitatione superadjecta speciei, quæ sub dicta repetitione generis cadere nequit*. Ruin. &c.

82. Quæ sane ratio quo ad conditionalem, de qua supra = *& ubi nulli reperirentur agnati masculi* = adhuc validius urget pro compræhensione quorumcumque agnatorum, quamvis legitimatorum, inspecta rationis diversitate, quam superius jam attigimus inter dispositivam, & conditionalem a Testatore appositam substitutionis fæminæ Agnatæ, ejusque descendentium, masculorum, quos ultimo loco vocavit Testator.

83. Namque ubi etiam in antecedenti dispositiva vocati intelligi non possent legitimati, & etiam eorum descendentes legitimi, ratio omnis suadet, quod per dictam conditionem universalem negativam ad exclusionem Primogeniti fœminæ agnatæ ultimo loco substituti, dici debeant in conditione positi, & vocati etiam legitimati, & multo magis legitime nati ex legitimato, per quos conservari poterat, & protrahi vera agnatio Testatoris, ab ipso adeo enixe contemplata in substitutione primogenii: Polit. *tom.* 1. *tit. de fid. disert.* 40. *n.* 41. = ibi = *& crescit quasi in immensum vis argumenti, perpensa illa evidentissima disparitate rationis, quæ separat dispositivam a conditionali, & respective personas in una vocatas, & in altera in conditione positas. Ea siquidem concurrente eadem conditionalis de per se stare dicitur, & nequaquam restringi potest ad eas solas in præcedenti dispositiva me-*

memoratas, ut communiter docent Gabr. &c., & quod ad effectum ut sub nomine lineæ in conditione positæ intelligi deberent etiam fœminæ, quamvis non vocatæ in antecedenti dispositiva, iterum firmat *num.* 42., *&* 43., Torr. *de primogen. tom.* 3. *decis.* 56. *num.* 16.

84 Sed non est cur ulterius rationes, & Doctorum testimonia cumulemus pro excludenda a toties dicta conditionali = *ubi nulli reperirentur agnati masculi* = tum volita ex Adverso legitimitatis repetitione, tum ejus pedissequa restrictione ad personas in dispositiva contentas, dum ex uno latere repetitionis assumptum deficit in radice; ex alio vero factum, & res judicatæ ostendunt dictam conditionalem limitatas vires non recipere a dispositiva, omnesque immo Agnatos indefinite complecti, quamvis in dispositiva minime expressos.

85 Deficit in radice repetitionis assumptum, quia qualitas legitimitatis, quæ in conditionali tacite subintelligi vellet, desideratur omnino, etiam in præcedenti proxima dispositiva, ad quam stricte juxta Adversantium sensum ipsamet conditionalis referri deberet: en verba dispositiva = *Et ei* (scilicet agnato proximiori) *substituo ejus PRIMOGENITUM* (simpliciter) *usque in infinitum*.

86 Repugnat proinde, immo supposito laborat repetitionis illatio a nuper relata dispositiva deducta, cum in illa nulla, ut vidimus, legitimitatis qualitas adjecta videatur.

87 Ridiculum autem esset si Pars adversa ad evadendam difficultatem iterum objiceret, quod prius tacite repetita subaudiri debeat in recensitæ dispositivæ particula legitimitatis prærogativa, de qua alibi fit mentio, ut iterum tacite repetita in conditionali censenda sit; nam tunc esset tacita repetitio tacitæ repetitionis, quæ hoc modo ad infinitum protendi posset, quæque obversatur metipsi naturali ratiocinandi methodo Mans. *consult.* 105. *num.* 46. *tom.* 9., Peregrin. *cons.* 2. *num.* 14., *&* 19. § *quarto lib.* 6. *& de fideicom. art.* 13. *num.* 14. *&* 70., *& cons.* 33. *num.* 10. *lib.* 3., Mantica *de conject. lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 15. plane Jo: Ant. Bellon. *cons.* 12. *num.* 21. 22. *&* 23., ubi infinitos refert, & num. 28. §. *Nec obstat*, ubi dixit hanc Sententiam veriorem, & receptiorem, quod repetit *cons.* 49. *num.* 40., *&* 41.

88 Factum vero, & res judicatæ eliminant, ut ajebamus secundo loco, assertam restrictionem, & relationem dictæ negativæ conditionalis ad personas tantum in immediata præcedenti dispositiva vocatas.

89 Et revera retineatur in facto tres tantum stipites, & ordines substitutionis in universa dispositiva oratione Testatorem efformasse.

90 Primus sistit in hærede, cui substituti fuerunt omnes descendentes masculi, servata primogeniti lege.

91 Secundus respicit Agnatum proximiorem, cui pariformiter substituti fuere omnes primogeniti ab eo descensuri usque in infinitum,

Ter-

92 Tertius denique complectitur Primogenitum masculum Agnatæ proximioris, & successive primogenitos masculos ab eo descendentes.

93 Retineatur pariter in facto primum substitutionis ordinem in ipso limine defecisse, attento decessu hæredis scripti *nullo relicto filio primogenito masculo legitimo, & de legitimo matrimonio nato, & procreato*, quem Testator eidem hæredi substituerat.

94 Patuit proinde locus alteri substitutionis stipiti, nempe vocationi Agnati proximioris; & in concursu plurimorum Agnatorum, qui ex hoc capite fideicommissum petebant, censuit Senatus Excell. sub die 3. Junii 1572. illud pertinere March. Theodoro alias Francisco, qui Pater erat defuncti possessoris ejusdem fideicommissi, & in quo concurrebat qualitas Agnati legitimi proximioris tam gravanti, quam gravato, ut notatum est in serie facti pag. 84. num. 8, & 9.

95 Fatis cessit sequenti anno etiam D. Marchio Franciscus sine filiis masculis legitimis, ideoque ad tramites dispositivæ, & conditionalis in adversarium sensum acceptæ, dicendum erat casum evenisse postremæ substitutionis Primogeniti Agnatæ proximioris, stante extinctione utriusque stipitis substitutorum, hæredis scilicet, & Agnati proximioris in antecessum, & prælative vocati, & successive extincti.

96 Res tamen aliter se habuit, diversumque fuit Supremi Tribunalis judicium.

97 Siluerunt quippe masculi ex fæminis tunc temporis superstites, quia etsi defecisset stipes Agnati proximioris ad successionem admissi, optime noverunt non adhuc purificatam extitisse illam amplissimam conditionalem = *& ubi nulli reperirentur Agnati masculi* = a qua pendebat verificatio eorum vocationis, attenta existentia aliorum Agnatorum, qui licet in dispositiva carerent explicita vocationis sede fundatam undique habebant intentionem in vi, & effectu subsequentis negativæ conditionalis = *& ubi nulli reperirentur Aguati masculi* = omnes Agnatos, quocumque casu, & quocumque tempore complectentis.

98 Ita etiam revera censuit Supremus Ordo sub die 25. Augusti 1576., qui etsi cognosceret defecisse stipitem Agnati proximioris ad successionem admissi, declaravit nihilominus *fideicommissum durare in perpetuum*, illudque adjudicavit non Primogenito fæminæ Agnatæ, sed Comiti Jo. Jacobo Trivultio, a quo descendit D. Marchio Trivultius Reus conventus, qui Comes Jo. Jacobus certe non ex alio fonte jura sua metiri poterat, nec revera metiebatur, quam a conditionali, quæ magis late protendebatur, quam dispositiva, & perpetuæ vocationis præsidium Agnatis quibuscumque tribuebat.

99 Observantia igitur, & res judicatæ ad evidentiam ostendunt sæpedictam conditionalem in tota sua latitudine accipiendam esse, nullamque dependentiam, aut restrictionem a præcedenti dispositiva perpeti posse.

Quo-

100 Quocirca flocci omnino faciendæ sunt inanes illæ conjecturæ, quæ tum a qualitate Primogeniali, tum a Magnatitia conditione Testatoris eliciuntur, satis superque confutatæ in præcedentibus scriptis anni 1697. (1), nec non a Cyriac. *controv.* 108. Andreol. *controv.* 105., & Politi *de fideic. disert.* 57. *num.* 18., qui incongrue in adverſ. alleg. afferuntur *num.* 23., ut videre est, ex eorum auctoritatibus inferius recensendis *n.* 130., *& seq.*

101 Flocci itidem facienda sunt argumenta, quæ pro inducenda perpetua repetitione legitimitatis erui vellent ex clausulis, quæ quandoque in dispositionis contextu occurrunt nempe = *ut supra* = *successive* = *modo*, *& ordine quo supra* = eæ enim præterquamquod adjectæ non leguntur in sæpedicta universali negativa conditionali, ideoque, saltem quo ad illam, nullam trahi potest illatio: certum aliunde est hujusmodi clausulas repetitionem quidem inducere posse ordinis materialis succedendi, non vero qualitatis, Rot. Rom. *rec. decis.* 123. *num.* 17. *part.* 14. Tanar. *dec.* 185. *num.* 3. Merlin. *dec.* 864. *n.* 34. *tom.* 2. *dec.* 183. *num.* 1. *tom.* 1., aliique sparsim cumulati in dictis præcedentibus scriptis anni 1697.

102 Itidemque frigescit prætensa necessitas inducendæ repetitionis legitimitatis, quæ omissa cernitur in substitutione Primogeniti Agnatæ proximioris, ad effectum evitandi absurdum, quod Testator admittere intellexerit, etiam primogenitum ex illegittimo concubitu ab Agnata progenitum, ex quo inferri iterum vellet eadem repetitio etiam in aliis locis, in quibus fuit omissa.

103 Ideo quippe non adjecit hoc loco qualitatem legitimitatis, quæ in aliarum substitutionum ingressu apposita legitur, quia injuriosum fuisset cogitare, & supponere, quod nobilis fœmina filios extra matrimonium concipere posset; quæ peculiaris ratio non æque aptari potest præcedentibus substitutionibus Agnatorum; unde ex diversitate rationis & personarum cessat male deducta illatio, ut nervose ostensum fuit in aliis scriptis. (2)

104 Ejusdem quoque furfuris sunt futiles illationes deductæ ex donatione facta a nostro Comite Joanne paulo post conditum Testamentum, scilicet die 24. Julii ejusdem anni 1548. favore Georgii Bagatti annui redditus scutorum centum duratura ad vitam tantum ipsius Georgii, ubi interea dictus Comes Donans filios susciperet, ubi vero improlis decederet progressura ad filios etiam, & descendentes ejusdem Bagatti, superaddita brevi temporis intervallo declaratione dictæ conditionalis, a qua pendebat perpetuus donationis progressus, quod scilicet il-

la

(1) *Supra pag.* 8. *num.* 34., *& pag.* 36. *num.* 190., *& seqq.*

(2) *Signanter pag.* 5. *num.* 20., *& seqq.*, *& pag.* 28. *num.* 92., *& seqq.*

la verba in donatione adhibita = *ubi interea præfatus Illustris Comes filios susceperit* = intelligi deberent de filiis legitimis, & de legitimo matrimonio natis.

105 Quidquid enim idem Comes Joannes stipulante Notario, seu verius, (ex regula cui bonum &c.) requirente Donatario, cui intererat amplissimæ conditionalis vim quo magis fieri poterat perstringere, ut eo facilius donationis beneficium ad ejus filios, & descendentes protenderetur, declaraverit, quod sub nomine filiorum in conditione positorum, ut supra intellexerit de legitimis, & de legitimo matrimonio natis; id profecto nihil influit, ut eadem qualitas repetita intelligi debeat in omnibus ab eo vocatis ad successionem Primogenii ab eo erecti in antecedenti ejus Testamento diei 17. Junii ipsiusmet anni 1548.

106 Quemadmodum enim, etiam in eodem omnino actu, ex regula rejicitur repetitio legitimitatis, ut longa DD. serie comprobatum legitur in aliis scriptis evulgatis occasione causæ anni 1697. (1), eo minus præsumenda est, ubi agitur, de actibus, & scripturis inter se omnino separatis, & distinctis, ut unanimiter firmant Fusar. *de subst. quæst.* 450. *num.* 3., *&* 10., Peregrin. *de fideicom. artic.* 16. *num.* 4., *&* 48., Hodiern. *controv. forens.* 33. *num.* 21., Altograd. *cons.* 96. *num.* 40., *&* 41. *lib.* 2., Urceol. *consul.* 57. *num.* 31., Leo. *decis. valent.* 93. *n.* 28. & loquendo de legatis, quamvis eidem personæ factis, quod

107 in illis præsumi non debeat qualitatis, & conditionis repetitio, Aguir. *de repet. oner.*, *&* *cond. cap.* 3. *num.* 17 obstante juris regula, de qua in *L. Papinianus* §. *Exuli ff. de minor.*, quod scilicet a diversis nulla fit illatio, ut apud Gratian. *discep. for. cap.* 524. *num.* 58., Torr. *var. tom.* 2. *tit.* 8. *quæst.* 1. *num.* 18., Polit. *de fideicom. disert.* 95. *num.* 5., *&* 38. *tom.* 2. *de legit. discurs.* 120. *num.* 19. *tom.* 2. *de success. disert.* 10. *num.* 62., Miscell. *disert.* 12. *num.* 23. *tom.* 5.

108 Quod, ut ex Bald. *dicto cons.* 153., Cyriac. *controv.* 181. *num.* 80., aliisque de quibus supra, eo magis locum obtinet, ubi inter utramque orationem, aut scripturam intercedat, prout in hypothesi, de qua agitur, rationis diversitas.

109 Nam quo ad donationem dictorum annuorum scutorum centum comparative ad universam ejus hæreditatem agebatur de re satis tenui, ideoque Testator facilius indulgere potuit donatarii desiderio temperando nimis extensum, & indefinitum sensum adjectæ conditionalis, a qua pendebat donationis peremptio, aut progressus, ut superius visum est.

110 Ratione penitus diversa urgente, quo ad universam hæreditatem, super qua erexerat primogenium favore agnatorum, & Familiæ Trivultiæ, quæ conservari poterat, tam per Agnatos masculos legitimatos, quam per legitime natos ab iisdem descen-

k den-

(1) *Vid. supra pag.* 50. *num.* 98. *&* *seq.*

dentes, quo in casu enixum conservandæ agnationis votum eum impellere potuit ad illos comprehendendos, prout comprehensi intelligi debent, tum sub nomine *Primogenitorum* vocatorum ad successionem Primogenii, absque adjecto legitimitatis, & procreationis de legitimo matrimonio, tum, & quidem fortius, sub universali negativa conditione = *& ubi nulli reperirentur agnati masculi* = exprimente omnes, & cujuscumque generis Agnatos, quos in conditione ponit ad exclusionem Primogeniti agnatæ proximioris ultimo loco substituti.

111 Si quod vero argumentum desumi potest ex dicta donatione in eo sistit, quod ubi Testator loqui voluit de legitimis, & legitime natis, id expresse declaravit, quod cum non fecerit quoad primogenitos in ejus Testamento vocatos ad successionem primogenii absque adjecto legitimitatis, & procreationis de legitimo matrimonio, ex hac discretiva agendi methodo inferri debet, quod aliud senserit in donatione, aliud in Testamento ad tex. in *l.* 1. *cod. de caduc. tollend.*, Mant. *de conject. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 10., Socin. sen. *cons.* 63. *num.* 10. *vers. præterea primo vol.* 3., Honded. *cons.* 57. *num.* 42., *&* 43. *lib.* 1., Add. ad Ludov. *decis.* 514. *num.* 17.

112 Scivit Testator quod sub nomine filiorum simpliciter prolato etiam illegitimi complectebantur, rem proinde expressa declaratione indigere cognovit.

113 Non ignorabat itidem, quod sub appellatione Primogeniti, & Agnatorum nullo adjecto legitimitatis prædicato, ii etiam, qui ex justis nuptiis non fuerunt progeniti comprehensi dicendi erant; hinc in testamento ubi hanc qualitatem requisivit disertis verbis expressit, ubi noluit, sciens prudens omisit.

114 Proprio itaque gladio confodiuntur Adversantes, quin ullum præsidium ex hoc facto eruere possint.

115 Explosa ex hactenus deductis tum male arrogata ex adverso perpetua repetitione legitimitatis, tum asserto odio Testatoris erga illegitimos, recta jam profluit conclusio, quod non tantum legitimi, sed etiam naturales ad primogenium de quo agitur vocati censendi sint, quo circa si Comes Paulus Alexander supervixisset de tempore aperti casus, deficientibus præcipue agnatis legitimis, ad successionem certo certius admittendus fuisset.

116 Ast ut quid hæc omnia? Si Sententia anni 1697. de qua tam alte, & æque injuste dolent Excellentissimi DD. Adversantes non Agnato illegitimo, sed quidem legitimo, & de legitimo matrimonio nato, prout erat Marchio Theodorus Georgius Trivultius fideicommissum adjudicavit in concursu masculorum ex fœminis longe minus a Testatore dilectis, & ultimo tantum loco vocatis? quo circa data etiam, nec tamen admissa tacita legitimitatis repetitione, quisque videt prolatam Sententiam in hac quoque hypothesi perfecte famulari nostri testatoris judicio.

118 Vim animadversionis sentire cogitur Pars Adversa, omnesque

prop-

propterea exerit conatus pro deneganda vocatione etiam D. Marchioni Theodoro ejusque posteris tamquam descendentibus a radice, ut ajunt infecta, nempe a Comite Paulo Alexandro filio naturali Comitis Joannis Jacobi.

118 De hac quæstione late actum est in anteacto judicio; sed fas nobis sit non nullas brevissimas animadversiones subjicere, ut eo magis liqueat injustitia adversariæ exceptionis.

119 Non nova, sed vulgata apud omnes est quæstio, quæ a DD. agitur, num vocatis filiis legitimis, & naturalibus in infinitum, quorum nomine veniunt etiam ulteriores descendentes, admitti debeant etiam ii, qui legitimi, & naturales quidem sunt, sed ex ascendente non legitimo progeniti.

120 Constans nihilominus, & placida est DD. opinio, quod incapacitas Patris, aut alterius ascendentis non obstet filiis cæterisq. descendentibus legitime natis, quominus jus habeant, & vocati intelligi debeant ad fideicommissum, seu primogenium in quo invitati fuerint legitime nati, & procreati de legitimo,

121 matrimonio ut post. Cephal. *cons.* 13. *n.* 3. *a n.* 3. *ad finem* uberrime testantur. *Castil. controv. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 54., *&* *seq.* Marescot. *variar. lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 53., *&* *seq.* Raudens. *resp.* 1. *n.* 26., *&* 27. *lib.* 1. Actolin. *resolut.* 61. *cap.* 2. *per tot.*, *&* *signanter n.* 29. Spada *part.* 2. *cons.* 35. *per tot*; ibique decisio coram *Lancelloto*, *&* *part.* 3. *cons.* 32. *num.* 6. *usque ad finem* Mans. *consult.* 297., *&* 298. *tom.* 4., & ita pluries decisum, ut ex Rota ad de Luca *de fideicom. decis.* 69. *num.* 10. Rota Januens. apud Palm. *decis.* 181. *num.* 106. Rota Rom. in rec. *decis.* 173. *num.* 3., *&* *seq. part.* 19. *tom.* 1.

122 Quæ quidem conclusio fundamentum habet in Magistrali theorica Baldi *in l. pactum dotali C. de colat.* docente successionem dupliciter fieri nimirum *privative*, *&* *transmissive*, sive ex propria, & ex alterius persona.

123 Ubi enim non agatur de successione intestata, in qua filius succedit ex jure sibi a Patre transmisso, sed de successione in fideicommisso, aut primogenio, in quibus filius succedit ex persona propria, & independenter a Patre, satis est quod in ipso concurrant qualitates a Testatore volitæ, licet non concurrant in persona Patris, aut alterius ascendentis, qui ubi incapax sit, aut certa careat vocatione, id neutiquam obstat filio, in quo verificari contingant qualitates a Testatore præscriptæ, venienti ex persona propria, & independenter a Patre per subingressionem, non *rappresentativam*, *sed remotivam*, *&* *extinctivam*, ut inquit Baldus in dicta *l. pactum dotali num.* 21. = ibi = *quia succedit per locum a remotione*, *&* *privatione matris*, *&* *ideo non potest assumere naturam jam extinctam*, *sed assumit locum quem reperit vacantem*, = quod repetit *in l. si Avus num.* 4. *C. de lib. præter.*, & firmat Bartol. *in l. qui superstitis num.* 2. *ff. de aquir. hæredit.*, quo in casu, nulla est opponibilis intermedii gradus infectio, ut ultra superius cita-

 tos

tos, teſtantur Palma *allegat.* 324. *num.* 2., *&* 3. Fuſar. *conſ.* 19. *num.* 7. Marta *conſ.* 96. *num.* 32., *&* *ſeq.* Caldas Perejra *de nominatione emph. quæſt.* 14. *num.* 7., nec non, & ipſemet Caſtill. quamvis contradictor accerrimus, *cap.* 15. *lib.* 3. *num.* 70., *&* *lib.* 6. *cap.* 129. *num.* 12., *&* *ſeq.*, & inſuper liquet ex Bartoli Sententia de qua apud Paleot. *de noth.*, *&* *ſpur. cap.* 53. *num.* 3. = *filium, illis tantum commodis eſſe privatum, quæ ab illius perſona* ſcilicet a perſona Patris, *non ab Avo, aut ab aliis Agnatis proficiſcerentur,* = ex qua quidem Bartoli ſententia invaluit communis DDoct. opinio, quod ubi etiam Pater incapax ſit, illius incapacitas non obſtet filiis, aut nepotibus jure proprio, & ex perſona propria venientibus, ut late apud Bonfin. *de fideicom. diſput.* 86. *num.* 31., *&* *ſeq.*, & DDoct. ibidem longa ſerie allegatos, id ipſum poſtulante etiam indole, & ſubſequentium ſucceſſionum natura, ut ex *text. in l. unic. C. de caduc. tollend.* Peregrin. *de fideicom. art.* 15. *num.* 22., *&* *ſeq.*, aliique apud *Manſ. conſult.* 297. *n.* 7., *&* 8. *tom.* 4.

124 In hac autem ſucceſſionis ſpecie nihil relevant, quæ opponi conſueverunt deſumpta ex *vulg. l. cum a matre C. de bon. matern.*, quod ſcilicet incapacitas aſcendentium inhabiles quoque reddat omnes ab iiſdem deſcendentes; quodque infectis *primitivis*, infecta remaneat etiam *derivativa*, aliaque hujuſmodi.

125 Locum namque non habent hæc omnia niſi in caſu, quo Teſtator voluerit legitimitatem, nedum perſonarum, ſed etiam lineæ, aut in ſucceſſione inteſtata, in qua filii ſuccedere prætendant ex perſona Patris, aut Matris incapaci, ſive excluſa, ſecus vero ſi agatur de ſucceſſione fideicommiſſaria ad quam filii, & deſcendentes jus habeant ex perſona propria, & independenter ab altera Patris, aut Matris, quo in caſu, cum nulla indigeant intermedii gradus rappræſentatione, iiſdem proinde non obſtat, nec obſtare poteſt incapacitas Patris, aut alterius aſcendentis ad effectum, ut arceantur a ſucceſſione fideicommiſſi, ſeu primogenii, ubi in illorum perſonis concurrant qualitates a Teſtatore volitæ, ut apud Caſtill., qui contrariis omnibus reſpondet *dicto cap.* 15. *lib.* 3. *num.* 61., *&* *ſeq.* Marta *conſ.* 96. *num.* 34. Torr. de Primog. *tom.* 3. *deciſ.* 27. *n.* 10. Rot. Rom. *rec. part.* 5. *tom.* 2. *deciſ.* 479. *num.* 22., *&* 29. Actolin. *reſol.* 61. *num.* 31., *&* 32., ubi quod prædicta omnia, quæ in oppoſitum allegari conſueverunt procedunt = *in ſucceſſione ab inteſtato &* *in iis terminis loquuntur DDoct. plerique ab adverſo allegati, & ratio eſt, quia in ſucceſſione nepotis ab inteſtato attenditur conjunctio naturalis, & legitima, quæ fit per medium Patris, unde quia Pater eſt illegitimus, & ſic non habet conjunctionem legitimam, id circo nec nepos conjungitur, & in his terminis procedit, quod dicebatur de radice infecta, & de illegitima conſequentia ex illegitimo principio, ut bene in terminis ſucceſſionis maſculi ex fœmina declarat* = *Fulgoſ. conſ.* 85. =

126 Ubi vero (animadvertit idem Actolin. *dicta reſol.* 61. *num.* 28.)

quæ-

quæstio sit non de intestata, sed de testamentaria successione, ad quam vocati jus habent ex persona propria, & independenter a persona Patris, aliorumque ascendentium, inspiciendum est, non quid disponat lex, sed quæ fuerit intentio, & voluntas Testatoris, ideoque non attenditur incapacitas Patris, aut alterius ascendentis, sed personæ succedere volentis; ut de persona habili, licet descendente ab inhabili, ad successionem nihilominus admittenda voluerunt. Peregr. *de fid. art.* 26. *num.* 6., *&* 17. Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 72. *vers. sed huic etiam rationi*, & in terminis filii succedere prætendentis non obstante Patris incapacitate ad rem optime notat, & firmat Barbob. *de filiis fam. part.* 2. *quæst.* 9. *num.* 23. ubi hæc habet = *hinc officere non videtur, quod Nepos non habeat radicem legitimam, nam licet Pater sit spurius, ipse tamen nepos est legitimus, habilis ad successionem, quia in eo non est macula, & ideo potius attendi debet persona immediata, quam mediata* = cum quo etiam in terminis durioribus expressæ exclusionis legitimorum convenit Marescot. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 55. = ibi = *nam filius legitimatus a Testatore excluditur non ex eo quod sit legitimatus, sed quia natus ex fornicatione; hæc autem ratio non vindicat sibi locum in nepote legitime nato cum in eo vitium paternum, & per consequens qualitas excludens Patrem cesset l. fin. cod. de natur. lib. per quem text.* Bart., *& alii communiter id notant in l. Gallus §. quod si is ff. de lib., & posth. &c.*

127 Si igitur legitimus ex illegitimo ex jure, & persona propria vocatus intelligitur ad primogenium, aut fideicommissum, ad cujus successionem vocati non fuerint, nisi legitime nati, percipi facile non potest cur dictus olim Marchio Theodorus alias Georgius unicus sub die latæ sententiæ anni 1697. superstes Agnatus utcumque descendens a Comite Paulo Alexandro legitimato vocatus intelligi non deberet ad primogenium ordinatum favore Agnatorum familiæ Trivultiæ, ubi Testator, dempto stipite uniuscujusque lineæ invitaverat Agnatos in genere nullamque requisiverat qualitatem legitimitatis, & procreationis de legitimo matrimonio, sive linealem, sive personalem; cur, inquam, ad hujusce primogenii successionem vocatus intelligi non deberet, cessante potissimum concursu Agnatorum legitimorum descendentium ab aliis legitime natis, dum in hisce circumstantiis extra omnem controversiam est, quod legitimus, utcumque descendens a legitimato admitti debeat, ut præter jam allegatos tradit. De Luca *de fid. disc.* 69. *num.* 9. Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 1. Roxas *de incompat. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 79., & ibi Aguiles. Giovagnon. *cons.* 21. *num.* 8., *&* 9. *lib.* 1. Valent. *de ultim. vol. part.* 1. *tom.* 2. *vot.* 8. *num.* 135., *& seq.* Gobb. *cons.* 9. *num.* 36. Palm. *decis.* 180. *num.* 7. *decis.* 181. *num.* 108.

128 Cur demum idem D. Marchio Theodorus Georgius in conditione

ne positus, & vocatus intelligi non debeat ad idem primogenium ad exclusionem Agnatæ, & masculorum ab ea descendentium ultimo loco vocatorum, sed sub conditione universali negativa, *& ubi nulli reperirentur Agnati masculi*, cujus indoles, ut superius probavimus, ea est, ut ad exclusionem fœminæ Agnatæ, & masculorum ab ea descendentium, in conditione positi, & vocati intelligi debeant omnes, & cujuscumque generis Agnati, quamvis improprie tales.

129 Præmissis quidquam non detrahit objectum, quod forte cesset vocatio legitimi ex illegitimo, quoties agatur de Testatore nobili, seu magnate, quam circumstantiam expendit Mantica *de conject. lib.* 11. *tit.* 10. *num.* 23.

130 Cessat quippe objectum in facto quoties intercessit legitimatio etiam ad honores, & dignitates, & prout in hac parte amplissima est tum legitimatio anni 1561., tum illa anni 1565., sicuti in puncto alterius causæ Mediolanensis auctoritatem *Manticæ, & Menoch.* distinguens tradit Dondeus *consult.* 6. *num.* 32. pugnans etiam ex clausula *nullus, & omnes* simili nostræ clausulæ = *ubi nulli reperirentur Agnati masculi* = ut videre est *a dict. num.* 32. *§. deinde tollitur ad num.* 36., *& num.* 40. *§. superest, & seq., & consult.* 7. *§. & ex iisdem pag. mihi* 93.

131 Quam quidem limitationem confirmant metipsi Doctores adducti in adversariis Allegationibus *n.* 23., nempe *Cyriac., Andreol., & Polit.*

132 Siquidem Cyriac. *controv.* 208. *n.* 64. ait = *quarto legitimatus non censetur exclusus a dispositione facta a Nobili, quando ipse fuit legitimatus, & restitutus ad honores, & dignitates* = & deinde citat tresdecim Doctores.

133 Andreol. *controv.* 150. *num.* 23., *&* 24. = ibi = *limitatur tamen ut non procedat, quando esset Persona Nobilis, quæ limitatio sublimitatur, ut non procedat quando* (prout in nostra hypothesi) *legitimatio expresse facta fuisset quo ad nobilitatem* =

134 Polit. *de fideicommiss. disert.* 57. *num.* 15., *&* 16. = ibi = *Primum enim desumptum ex conditione Testatoris quam principaliter in hac materia attendendam esse voluit Ulpian. in L. ex facto* 17. *§. si quis rogatus ff. ad Trebell. de facili diluitur in facto, & in jure.*

135 *In jure quidem, quia prætermisso valde dubitari posse, prout merito dubitant de veritate hujus conclusionis Ruin. cons.* 161. *num.* 23. *lib.* 2. *cum aliis relatis, & approbatis per Cyriac. contr.* 208. *num.* 57. *ob aucthoritatem Papiniani, qui in eodem lege indistincte firmando regulam pro naturalibus utique putavit satis esse vim verborum, neque existimavit esse respiciendam dignitatem Testatoris ut observat Merend. contr. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 2., *& seq.*

136 *In facto etiam, quia omni in casu non sufficit quæcumque nobilitas mediocris, vel ordinaria, sed requiritur eximia, atque eminens cum dignitate, & jurisdictione, aliter si ad hunc effectum sufficeret, Testatorem fuisse hominem honestæ vitæ, & honorabilis agnationis actum semper esset de naturalibus ut recte arguit Cæpol. in trac.*

de

de Imperat. sect. incipient. nobilitatis etiam causa num. 17., *&* 35. *Castr. in cit. L. ex facto* 17. §. *si quis rogatus sub num.* 7. *Cyriac. controv.* 208. *num.* 59., *&* 60. *Andreol. controv.* 150. *n.* 25. *&c.* = Aliunde argumentum ex nobilitate desumptum in regionibus, ubi illegitimi Nobiles sunt, & ad munera publica admittuntur, communi calculo reprobatur. Surd. *conf.* 89. *num.* 36. Ruin. *conf.* 161. *num.* 23. Decian. *conf.* 3. *num.* 80., *& plur. seq.* Odd. *de substit. part.* 6. *art.* 6. §. *an naturales tantum*, Decius *in. C. præsentia num.* 107. *de testam.*

137 Magis autem urgent hæc omnia ex rebus in terminis longe durioribus etiam recenter judicatis ab hoc Excelso Ordine nempe sub die 26. Junii 1757. referente Amplifs. P. Castillionæo inter DD. Don Roccum, & D. Antonium Fratres de Casatis, & D. Comitem Aloysium Arrigonum ex fœmina Casata descendentem, pro successione dictorum fratrum descendentium ex legitimato per subsequens in fideicommisso vocante *descendentes masculos legitimos, ac naturales de legitimo matrimonio procreandos de uno in alium exclusis legitimitatis etiam per subsequens.*

138 Diximus in casu fortiori, & duriori, quam sit noster, sive quia Testator ille oderat, & aperte, & omnino excluserat etiam legitimatos per subsequens, vel per privilegium, & etiam ibi aderant post masculos Casatos alii substituti, scilicet familia Baldirona pro quadrante hæreditatis, & Ven. Hospitale Majus Mediolani pro reliquo, nec proinde fideicommissum expirabat.

139 Cui sane recentissimo exemplo non officiunt sententiæ, quas memorant adversariæ allegationes *num.* 56.

140 Non illæ quas vix innuit *Alciatus* ad causæ opportunitatem scribens, cum ignoretur ratio respectivarum dispositionum, unde dignosci possit an nostræ hypothesi rite applicari queant.

141 Non alia, quæ lata dicitur in causa Annona, in qua scripsere Carena *ref.* 212., & 213., & Redenasch. *conf.* 4., quia in ea causa disceptabatur, an nepotes ex filio legitimato succedere possent in fideicommisso ad quod vocati fuerant, & positi in conditione filii, & descendentes nati, & procreati de legitimo matrimonio, & rursus dubitabatur de filiatione, & legitimatione, nec non etiam quæstio erat cum descendentibus undique legitimis: quæ porro circumstantiæ omnes in præsenti casu prorsus desiderantur.

142 Non altera in causa Marliana, & Olgiata cum decisæ quæstionis thema omnino ignoretur.

143 Non illa in causa de Trottis de qua testatur *Rhaudens. de analog.*, quæ nihil ad rem facit.

144 IN tanta rei evidentia scatente ex hucusque deductis obvia sese offert resolutio alterius objecti adeo ex Adverso inculcati, nempe allegata repugnantia, & contradictio inter sententias, quæ in proposito hujusce Primogenii respective prodierunt ab hoc Excelso Ordine sub annis 1572., & 1576., nec non anno

 1682.

1682. respectu fideicommissi Comitis Gasparis per extensum relatis superius in *Facti serie sub n.* 9., 11., & 46. comparative ad sententiam anni 1697., de qua contenditur: hinc paucis, accusare non erubescit Pars adversa spectatissimum, & Excelsum hunc Ordinem, cui publica, & privata securitas concredita remanet, quod in eadem re, in eodem subjecto palinodiam cecinerit.

145 Verumtamen, quid injustius, quid absurdius audiri potest?

146 Videamus igitur, an injuriosa contradictionis, & repugnantiæ nota præcitatæ sententiæ anni 1697. inuri jure ac merito possit; quod absit.

147 Antequam autem ad hoc examen descendamus retineatur in facto recensitas sententias, etiam occasione exacti judicii summis viribus oppositas fuisse Marchioni Alexandro mox Theodoro Georgio Trivultio, illasque sub oculis habuisse Senatum Excellentissimum occasione ferendæ dictæ sententiæ anni 1697., prout liquet ex jurium allegationibus, hinc inde per id temporis editis, ac idcirco pro certo habendum, quod ea occasione perspexerit Supremus Ordo inapplicabilia omnino fuisse exempla rerum judicatarum, quæ ex Adverso aducebantur, & nunc iterum recocta crambe afferuntur.

148 Retinendum insuper in jure, quod ubi agitur de conciliatione sententiarum ab eodem Judice, ab eodem Tribunali proficiscentium omnis capienda est interpretatio, quæ contradictionem. & repugnantiam excludat. Rot. Rom. *dec.* 740. *num.* 4. *part.* 18. *tom.* 2., & *decis.* 56. *n.* 15. *part.* 10. Barbos. *axiom.* 130. *num.* 4., Spada *cons.* 168. *num.* 7. *tom.* 2., Surd. *cons.* 445. *num.* 318.

149 Retinendum denique, quod, ut locum sibi vindicet exceptio rei judicatæ tria copulative conjuncta concurrere debent ad normam text. *in LL.* 12. 13., & 14. *ff. de except. rei judic.*, nimirum, quod idem sit petitionis subjectum = eadem caussa petendi = & pariformis personarum collitigantium conditio, prout late explicant Voet. *in pand. lib.* 44. *tit.* 2. *num.* 3., Carol. Ant. de Luca *prax. judic. cap.* 23. *num.* 11., Politi *de judic. dissert.* 2. *num.* 3., Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 7. *a num.* 5., Magon. *decis. Flor. num.* 9., aliique passim.

150 Quibus præmissis prona fluit objectionis resolutio.

151 Si sermo sit de sententia anni 1572. nihil hæc commune habet cum illa anni 1697.

152 Non inficiamur, quod occasione illius judicii victor evasit Agnatus legitimus, eique decreta fuit successio in hoc primogenio, dum aderat filius illegitimus ipsiusmet hæredis scripti a Comite Joanne, nempe Augustinus.

153 Sed quid ad hoc? si nihil pronunciatum fuit adversus memoratum Augustinum, qui sero ad judicium accessit, eique propterea resservata fuerunt in eadem sententia ejus jura per præcisa = ibi = *salvo*, & *resservato jure, ac sine præjudicio Egr. Augustini Trivultii filii legitimati præfati qu. March. Malei, qui Au-*

gu-

gustinus absoluto fere processu inter supranominatos hoc, & ipse judicium ingressus fuit, sed ejus jura non fuerunt audita, nec discussa, ne decisio causæ incongrue protraheretur =.

154 Si loquimur de alia subsequuta sententia anni 1576., qua declaratum fuit = *fideicommissum*, (de quo agitur) = *durare in perpetuum, & dictos Nobb. Com. Barbaram, & Raphaelem, & Nicolaum non habere qualitates in eo requisitas, sed eas concurrere in personam dicti Nob. Com. Theodori alias Joannis Jacobi, & ad eum pertinere, & spectare dicta bona, in quorum possessione continuati fuerunt ipsi Nob. Com. Barbara, & Raphael &c.*, & certum pariter est nihil illam observari alteri sententiæ anni 1697. Non alia enim ratione Sen. Excell. in hanc sententiam venisse credendum est, nisi quia, vel non satis constaret de filiatione, de qua non apparet datam fuisse aliquam probationem, vel quia aliquis adesset defectus in respectivis legitimationibus, quæ omnia exulant in casu, super quo cecidit sententia dicti anni 1697.

155 Nam Marchio Theodorus descendebat quidem a Paulo Alexandro naturali, sed quo ad ejus filiationem nulla exurgere poterat dubitatio attenta sententia tum anni 1680., qua declaratum fuerat = *constare Paulum de Trivultiis fuisse filium naturalem legitimatum Com. Jo. Jacobi . . . non obstantibus oppositis* ab acerrimis tunc temporis contradictoribus, tum alia anni 1696., in qua inter cætera præscriptum legitur = *attendendas etiam sententias enunciatas Senatus*, inter quas illa dicti anni 1680., *nec illis manum apponendam non obstantibus deductis* =

156 Rursus in primo casu illegitimi ex persona propria fideicommissum petebant, hic è contra Agnatus numeris omnibus legitimus, & ex proprio jure independenter a Paulo Alexandro ad successionem fuit admissus.

157 Præterea animadvertendum, quod adversus prædictam sententiam anni 1576. interposita fuit revisio ut in facto notatum fuit *n.* 110.

158 Si tandem sermo instituitur de altera, quæ innuitur sententia anni 1682. respiciente fideicommissum Comitis Gasparis, a cujus successione exclusus fuit Marchio Alexander Trivultius iis verbis = *Marchionem Alexandrum non esse ex comprehensis, & vocatis in dicto fideicommisso*, = & e contra = *Capitaneum Don Carolum Theodorum esse ex vocatis, ejusque favore casum evenisse* = Et certum est, quod ubi conferantur utriusque fideicommittentis dispositiones nempè Com. Gasparis, & Com. Joannis; quisque ictu oculi percipiet quæ, & quanta inter unam, & alteram voluntatem intercedat disparitas, quas inter illam præcipuam notamus, quod in testamento Com. Gasparis adjecta legitur in unoquoque gradu qualitas *legitimitatis* expresse, & ad nauseam usque repetita, & quod magis est dum posuit in conditione familiam *de Trivultio* statim addidit = *ITA QUOD APPELLATIONE FAMILIÆ NON COMPREHENDANTUR, NISI MASCULI LEGITIMI, ET DE LEGITIMO MATRIMO-*

NIO

NIO NATI = quod iterum addidit in ſubſequenti clauſula rationali = ibi = *quia volo, quod omnino dictæ omnia bona, per me dictis hæredibus meis relinquenda, ſalvis legatis per me factis, ut ſupra perveniant in dictos hæredes, & eorum filios, & deſcendentes dictorum filiorum maſculos, & LEGITIMOS ut ſupra, & in eos, ſeu in ultimum morientem conſerventur, & poſt ultimum morientem ex prædictis deſcendentibus, quod perveniant in Agnatos proximiores etiamſi ultra decimum gradum exiſtant TALITER QUOD DE FAMILIA MEA INTELLECTA UT SUPRA NON EXEANT* =

159 Quamobrem non ſine ratione cenſuit Senatus Excell. in eo caſu March. Alexandrum tamquam ab illegitimo deſcendentem non eſſe ex comprehenſis, cum ex adjecta unicuique gradui legitimitatis conditione; juncta declaratione per modum regulæ univerſalis, quod appellatione familiæ minime comprehenſi viderentur, niſi maſculi legitimi, & de legitimo matrimonio nati, facile fuerit inferre dictum Com. Gaſparem non ſolum requiſiviſſe natalium puritatem in quolibet gradu, & perſona veniente ad ſucceſſionem, ſed immo continuatam lineæ legitimitatem exoptaſſe; quo caſu legitimi ex non talibus, vel a ſucceſſione arcentur, vel concurrentibus conjecturis in ſubſidium, deficientibus Agnatis legitimis, admittuntur.

160 Sed in diſpoſitione Comitis Joannis hæc omnia profecto exulant.

161 Exulat continuata repetitio legitimitatis, quia ut vidimus illam in ingreſſu tantum deſideravit non in progreſſu.

162 Exulat, quod magis eſt, prolata a Comite Gaſpare per modum regulæ *familiæ* definitio, ſub qua declaravit, *quod non comprehendantur niſi maſculi legitimi, & de legitimo matrimonio nati*, quo circa ex regula *contrariorum eadem eſt diſciplina*, ii omnes qui lineali, & abſoluta legitimitate carebant facilius a fideicommiſſo excluſi dicendi erant.

163 Ex oppoſito cum Teſtator noſter Agnatos omnes ſimpliciter, & indefinite in conditione poſuerit, nulla præſcripta legitimitatis, qualitate, perneceſſe dicendum eſt, ipſum admittere intellexiſſe, non ſolum Agnatos legitimos ab illegitimis progenitos, ſed ipſoſmet naturales, eoſque ſub ampliſſima negativa, & generica conditione includere præciſe voluiſſe.

164 Litteralis diſpoſitionis ſenſus = conjecturatæ voluntatis =, & rei judicatæ præſidio deſtituti Excell. DD. Adverſantes alio demum arma convertunt, & iterum aggredi nituntur.

165 Primo: Validitatem legitimationis anni 1561. a qua inſuper authumant receſſum fuiſſe, & derogatum ex ſucceſſiva legitimatione Regia anni 1565.

166 Secundo: Hoc etiam prætermiſſo, ſubordinate inquiunt, utraſque legitimationes in meram limitatam diſpenſationem reſolvi, ideoque inefficaces ad effectum ſuccedendi in primogenio Agnatitio a Tranſverſali inſtituto.

167 Tertio: Filiationem ipſam Pauli Alexandri in contentionem deducere pertentant.

In-

168 Inutiliter tamen quoad primum vires exerunt, cui invincibiliter resistit exceptio rei judicatæ, & in judicatum transactæ, nempe sententia anni 1696., qua media, in contradictorio judicio omnium interesse habentium in fideicommissis Domus Trivultiæ, & præcipue D. Principis Don Sigismundi Estensis declaratum fuit = *legitimationem diei 17. Novembris anni 1561. factam a Baptista Castillionæo Comite Palatino de dicto Paulo Alexandro Trivultio validam esse, nec illi aliquod præjuditium illatum fuisse per legitimationem factam a Sua Majestate diei 8. Martii anni 1565. favore ejusdem Pauli Alexandri Trivultii non obstantibus deductis* = super qua decisione nulla obtenta, immo neque petita est revisio.

169 PONdus rei judicatæ, & in judicatum transactæ sentiunt Excellentiss. DD. Adversantes, subdunt proinde recensitam sententiam ipsis officere non posse, cum illa processerit ex collusione, & prævaricatione J. C. Francisci de Nigris, qui dum per eos dies munus obibat Procuratoris olim D. Principis Sigismundi Estensis, inscio, ut inquiunt, Principali, renunciavit articulis validitatis dictæ legitimationis anni 1561., & recessus ab hac legitimatione proficiscentis ab altera legitimatione Regia anni 1565.

170 Hujusmodi commenti insoliditas uberrime in actu duplicationum March. Trivultii supra relato (1) comprobata fuit; pauca igitur a nobis addenda sunt.

171 Fundamentum oppositæ collusionis in eo repositum est, quod dictus olim J. C. de Nigris ad prædictam renunciationem devenerit sine mandato, nec non & sine consensu, & participatione dicti olim Principis, & Marchionis Estensis.

172 Sed cur de hoc ne verbum quidem vivente dicto J. C. de Nigris, qui non obiit nisi anno 1704., adeoque septennio post sententiam 1697.?

173 Quod mandatum ejus persona factum a dicto Principe, & Marchione Estensi se se extenderet etiam ad ea omnia, quæ speciale mandatum requirerent, sustinuit idem D. Princeps, & Marchio Estensis ad tuendam petitionem revisionis ab eodem D. J. C. De Nigris interpositam adversus sententiam anni 1697.

174 Quo vero ad assertum defectum consensus, & participationis in oppositum stat regula, quod scilicet = *gesta per Procuratorem præsumuntur de mandato, & scientia principalis*, ut apud Golin. *de Procur. par.* 3. *cap.* 3. *num.* 56., & præterea firmant Roman. *cons.* 481. *num.* 7. Rot. diverf. *par.* 2. *decis.* 131. *num.* 7. Ludovis. *decis. Lucens.* 43. *num.* 9., *& decis. Perus.* 100. *num.* 15. *& seq.*, ubique Beltramin. *ad decis.* 127. *num.* 10., *&* 11., Rot. Rom. *recen. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 7. *num.* 4. *part.* 3. *decis.* 185. *num.* 4. *par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 623. *num.* 7.

Inu-

(1) *Pag.* 96. *n.* 99. *& seqq. & pag.* 110. *n.* 33. *& seqq.*

175 Inutiliter igitur ad excitandam in dicto J. C. De Nigris suspicionem doli, & collusionis, quæ non præsumitur teste Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 3. *num.* 14. Barbos. *ad tit. de rescript. cap.* 20. *num.* 19. Tor. *var. part.* 1. *dec.* 15. *num.* 2., *& quæst.* 3. *num.* 19. *tit.* 12., & in terminis casui nostro valde proximis Gob. *tom.* 1. *cons.* 58. *num.* 33., *& seqq.*, ideoque ab asserente plene, & concludenter probanda est. *L. dolum Cod. de dolo* Bonsin. *de fid. disp.* 85. *num.* 68. Tor. *de primog. part.* 3. *decis.* 72. *num.* 7., inutiliter, inquam, opponitur defectus participationis, & consensus, qui a prædicto olim Principe, & Marchione Estensi præstari potuit etiam per epistolam, prout præsumendum est, tum attenta qualitate personæ, & honestate dicti olim J. C. de Nigris, ut animadvertit De Luc. *in add. ad.* Golin. *de procur. par.* 3. *cap.* 3. *n.* 9. *vers. qualitas personæ*, tum attenta inverosimilitudine, quod idem D. J. C. De Nigris ad dictam scripturam devenerit, inscio, & dissentiente ejus Auctore, ut post Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 18. *part.* 1. *num.* 39., animadvertit idem Golin. *de proc. dicta part.* 3. *cap.* 4. *n.* 72.

176 Sed quorsum immoramur in refellenda collusionis, & prævaricationis suspicione, quam uberrimè excludit littera, & contextus ipsius scripturæ 16. Junii 1696.?

177 Emicat ex illa, quæ fuerit ineundæ conventionis causa, scilicet = *per dar passo alla causa pendente avanti il Senato per il Fedecommesso del Conte Gio. Trivulzio, e per torre ogni remora = per levare ogni dilazione = per congeniare al desiderio comune di vedere con brevità possibile ultimata questa causa = facendo ogni sforzo possibile per la breve spedizione di detta causa ec.*

178 Emicat renunciationis præmium non sibi, sed favore ejus Principalis promissum fuisse, & quidem in tot bonis, vel redditibus ipsius fideicommissi Com. Joannis; cessat ergo somniata in Principe Estensi hujus renunciationis ignorantia; Cessat omnis perperam impictæ collusionis, & fraudis suspicio, ut per text. *in L.* 3. §. *non tantum versic. Sed enim additum ff. de incend. ruina, & naufrag.*, notat Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 3. *num.* 25., attento, quod nulla aderat in dicto Procuratore de Nigris rationabilis colludendi causa, nullamque utilitatem, aut commodum ex stipulata conventione erat consecuturus, ut post Bald. *cons.* 250. firmant Menoch. *mox cit. loco n.* 17., *&* 18. Torr. *var. tom.* 2. *miscell. part.* 1. *decis.* 15. *num.* 9., *&* 13. *tit.* 12. Polit. *differt. num.* 5. *tit. de success. differt.* 8. *n.* 25., *& differt.* 18. *num.* 34.

179 Neque vero negotium facessere pactum illud potest initum ad obnubendam, quasi hujusmodi conventionem. Illud enim, ut quisque sibi facile suaserit, non alia additum ratione fuit, quam ad evadendum periculum, ne aliis litis ejusdem Consortibus, aut similis appetendi præmii ansa præberetur, aut Marchionis Trivultii ultra vexandi.

Propu-

180 PRopugnata ex præmissis, & alibi deductis honestate dicti J. C. Francisci De Nigris, & quod præcipue nobis cordi erat; vindicata etiam honestate Spectatissimi olim Marchionis Theodori alias Georgii Trivultii, cujus ob irrepræhensibilem præ cæteris morum ingenuitatem, probitatemque est adhuc apud optimos Concives suavissima recordatio, non est, ut ajebamus, cur de validitate, & integro robore legitimationis anni 1561. ulterior sermo habeatur.

181 Nam quo ad hoc inviolabile silentium Parti adversæ indicit recensita sententia anni 1696. placide in judicatum transacta.

182 Quod si adhuc placet de effectibus utriusque legitimationis Pauli Alexandri quæstionem instituere sub prætextu, quod non plenam legitimationem, sed limitatam dispensationem importare videatur, facili negotio, excitata iterum difficultas absolvitur indubitatæ distinctionis fœdere.

183 Vel enim agitur de legitimatione, quæ legitimatum, quoad statum personæ relinquit in statu naturalitatis, eumque habilem reddit ad certam dumtaxat successionis speciem.

184 Vel agitur de legitimatione, quæ personam restituit ad omnia, & singula naturæ jura, licet quo ad effectus civiles, limitatio interveniat respectu unius, aut alterius successionis.

185 In primo casu legitimatio simplicis dispensationis naturam assumit: non ita in altera legitimationis specie, in qua nos versamur.

186 Quo circa cum Com. Paulus Alexander, quoad statum Personæ, omnesque civiles effectus fuerit plenarie legitimatus, ut constat ex ipso legitimationis actu, nullatenus profecto obest circumstantia, quod illa respectu ad paternam successionem limitata cernatur ad eam dumtaxat bonorum partem, quam ejus Pater naturalis relinquere voluisset, ut distinguendo inter unam, & alteram legitimationis speciem docent

187 Castill. de hac quæstione plenissimè differens *controv. lib.* 4. *part.* 1. *cap.* 22. *a num.* 122. *ad* 148., ubi quod *legitimatio vera, & propria dicitur quando quis restituitur ad primæva jura, quamvis facultas succedendi sit limitata, & restricta ad Patris voluntatem*, quod late probat, & pluries repetit num. seqq. Peregrin. *de fideicom. art.* 23. *num.* 34., Marta *de success. leg. part.* 1. *quæst.* 18. *art.* 2. *num.* 6., Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 38., Pasch. *de vir. Patr. potest. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 241., Lup. *de illegit. comment.* 3. §. 1. *num.* 4. 45., & 46., Molfens. *ad consuet. Neap. part.* 2. *tit. de personis a num.* 42. *ad* 46., Garzia *de Nobilit. glos.* 21. *num.* 80. *vers. contrariam tamen opinionem, & num.* 81., Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 79. *n.* 48., Andreol. *controv.* 300. *art.* 4. *sub num.* 50., Picenard. *in ejus resp. post* Sadarin. *num.* 80., & 81., Rot. Rom. post Salgad. *labyr. cred. decis.* 25. *num.* 6., & *in recent. decis.* 430. *a num.* 10. *ad* 18. *part.* 4. *tom.* 2., & post Merlin. *de legit. decis.* 119. *sub num.* 2.

Cujus

188 Cujus rei ea est perspicua ratio, *quod jus successionis est separatum ab ipsa legitimatione*; ideoque limitatio successionis, quoad effectum civilem unius, aut alterius successionis, non limitat legitimationem, nec eam constituit in diversa specie, indolemque, & naturam sortitur conventionis inter Patrem, & filium, quod nihil plenitudini legitimationis detrahit, statim ac idem filius plenarie restituitur ingenuitati, & ad omnia sanguinis, & naturæ jura, ut solide animadvertunt DDoct. paulo supra relati.

189 Diluendæ jam nunc superessent congestæ ex adverso difficultates circa filiationem toties memorati Pauli Alexandri Trivultii.

190 Ast quid dicemus? nihil & omnino nihil; nam in hac re aerem certo certius verberat Pars adversa, quæ habet contra se insuperabile propugnaculum Sententiæ diei 1. Martii 1680., qua in concursu acerrimorum Contradicentium, & causa undique discussa, nec non etiam e conspectu illarum omnium exceptionum, quæ modo inutiliter ex adverso repetuntur, sancitum fuit = CONSTARE PAULUM ALEXANDRUM DE TRIVULTIIS FUISSE FILIUM NATURALEM LEGITIMATUM COM. JO. JACOBI.

191 Unde cum agatur de Sententia lata in Causa status cum legitimis Contradictoribus, exploratum in jure est ipsam quoscumque afficere etiam non citatos, ut ad Text. *in L. Ingen.* 25. *ff. de stat. hom. L.* 1. *&* 2. *ff. de agnosc.*, *&* *alend. lib.*, unanimiter tradunt Altograd. *cons.* 99. *n.* 19. *tom.* 1. Donell. *Commentar. de Jur. civ. lib.* 2. *cap.* 10. *tom.* 1. *versic. etiam qui servi.* Tranchedin. *cons.* 31. *num.* 8. Nood. *comment. ad ff. tit. de stat. hom.* §. *a Servis transeo versic. præter hunc*.

192 Et præcisè in casu Sententiæ latæ super puncto filiationis testantur De Leo *decis.* 93. *num.* 4. 5. Scaccia *de Sentent. glos.* 14. *quæst.* 12. *num.* 68. Mierez. *de Majorat. part.* 3. *quæst.* 15. *n.* 190. Valeron. *de Transactionib. tit.* 3. *quæst.* 2. *n.* 9. Coaruv. *pract. quæst. cap.* 13. *sub n.* 5. Gait. *de Credit. cap.* 2. *tit.* 3. *num.* 610.

193 Quæ certissima juris conclusio longe fortius procedit in nostra hypothesi, nam cum occasione judicii absoluti ope Sententia 1696. in dubium iterum revocata fuerit dicta præcedens Sententia anni 1680., declaravit inter cætera Excelsus Ordo in concursu præ aliis ipsiusmet Principis Don Sigismundi Estensis, nec non DD. Comitum de Belgiojoso = *ATTENDENDAS etiam Sententias enunciatas Senatus, NEC ILLIS MANUM APPONENDAM.* =

194 Quo circa neque in facto se tueri queunt Excellentissimi DD. Adversantes ab invicibili exceptione rei judicatæ sub futili cætero-quin prætextu, quod ipsi minime interfuerint judicio dicti anni 1680., pariterque inutiliter opponunt, quod filiatio declarata fuerit

fuerit dum contendebatur de fideicommisso Marchionis Theodori, in cujus dispositione etiam illegitimi distinctam habebant vocationis sedem, unde inferunt debiliores etiam probationes in eo casu sufficere potuisse:

195 Quandoquidem filiatio est quid facti, & opposita exceptio respiciebat omnia fideicommissa Domus Trivultiæ in petitionem deducta a March. Alexandro, quidquid subinde decisionem primo loco obtinuerit fideicommissum dicti March. Theodori, qua occasione cognosci debuit de viribus filiationis, etiam ad effectum succedendi in prænarrato fideicommisso, ut verificaretur qualitas descendentiæ necessaria etiam in illegitimo.

196 Quod si hisce omnibus superaddantur tot dilucidæ, & expressæ confessiones recensitæ in facto *a num.* 141., ad 168., quisque ictu oculi percipiet adversarios conatus super puncto filiationis vix sane a calumniosæ exceptionis nota excusari posse, cum nulla melior afferri queat probatio, quam proprii oris confessio, quæ inter omnes probationis species primum locum sibi vindicat. De Luca *de judic. disc.* 23. *num.* 1., *& in sum. tit. de judic. num.* 71. Surd. *cons.* 60. *num.* 1. *tit.* 1., Mascard. *de probat. vol.* 1. *conclus.* 348. *num.* 22., Spada *cons.* 127. *num.* 18. in modum, ut non aliæ sint Judicis partes, quam ut condemnet. Voet. *ad pandect. lib.* 42. *tit.* 2. *num.* 6.

197 SUblatis ex hactenus cumulatis rationum momentis adversariis diffugiis, nil aliud jam superest, quam quod illemet Excell. Ordo, qui in anteacto judicio obsequendo perspicuæ Testatoris voluntati non permisit, ut primogenium favore agnationis ab ipso erectum egrederetur ex gente, & agnatione Trivultia; Idem, inquam, primogenium nova accedente sententia incolume, & tutum, apud superstites Agnatos Trivultios perpetue tueatur, & servet, decernendo juxta in actis petita. Quod &c.

Advocati	Joseph Antonius Martinelli. Julius Cæsar de la Cruce. Carolus Antonius Minalla. Ignatius Vidisertus.

ANIMADVERSIONES
PRO
Nobb. DD. Marchione Don Theodoro Georgio, & Fratribus de Trivultiis
CONTRA
Excellentissimos D. Comites Fratres Barbianos de Belgiojosio.

1 NOva non sunt, sed obsoleta, & usque de annis 1680. 1696., & 1697. penitus jam profligata, quæ dicti Excellentissimi DD. Fratres Barbiani de Belgiojosio, ut auditum est, iterum opponunt Nob. D. March. Theodoro Georgio, & Fratribus de Trivultiis; quod, scilicet legitimatio olim D. Com. Pauli Alexandri Trivultii 1561. non sit vera, & plena legitimatio, sed potius dispensatio, cui proinde, ejusque descendentibus aquisita non sint, nec aquiri potuerint agnationis jura ad effectum succedendi in primogenio olim D. Com. Jo. Trivultii.

2 Vix operæ pretium credimus longius immorari in refellenda exceptione, quæ quam inanis sit Excellentissimus Ordo habet, tum ex ipsamet legitimatione, tum ex uniformi DD. Sententia, & rebus judicatis.

3 Ex instrumento legitimationis 17. Novembris 1561. patet dictum olim D. Jo. Paulum Alexandrum restitutum fuisse *juri legitimo antiquo, & primævo juri naturæ, omnem maculam, & defectum Natalium geniture penitus abstergendo, & abolendo quamcumque maculam geniture, quantacumque sit, seu esse reperiatur PENITUS, & IN TOTUM*.

4 Legitimationi utique fuisse adjectam conditionem, ut in bonis & hæreditate D. Com. Joannis Jacobi Patris naturalis dictus D. Com. Paulus Alexander succedere non deberet nisi, & prout placuisset D. Com. Joanni Jacobo ejus Patri naturali, a quo subinde honoratus fuit pingui legato, mox substitutus in universa hæreditate; In reliquis vero omnibus incontrovertibilem esse plenitudinem legitimationis, qua idem D. Comes Paulus Alexander, salva Patris facultate illum instituendi, vel non, prout eidem placuisset, quo ad statum personæ plene restitutus fuit ad omnia, & singula sanguinis, & naturæ jura, nec non & ad *ALIOS QUOSCUMQ. ACTUS LEGITIMOS, honores, & dignitates, & AD ALIA QUÆLIBET LEGITIMA JURA* =

pe-

perinde, ac si de legitimo toro, & matrimonio procreatus, & natus fuisset, nulla prorsus exceptione obstante.

5 Inanis igitur, est opposita exceptio, quod idem D. Com. Paulus Alexander dispensatus fuerit, potius quam legitimatus, urgente in oppositum uniformi DD. sententia, quod filius dumtaxat dispensatus intelligitur, ubi ille, relicta persona in statu naturalitatis, fit dumtaxat habilis ad certam successionem, & hæreditatem; secus vero si filius quo ad personam restituatur ad omnia sanguinis, & naturæ jura, quidquid legitimatio quoad successionem Patris naturalis restricta fuerit, & limitata ad eam partem bonorum, quam ille ejus Filio legitimato relinquere voluerit, ex ea nimium urgenti ratione, quod JUS SUCCESSIONIS EST QUID SEPARATUM, ET DISTINCTUM A LEGITIMITATE PERSONÆ, & plenitudinem legitimationis non variat, nec imminuit limitatio eidem apposita quoad effectus civiles successionis, ut ex *alleg. Egr. olim D. Advocati, mox Ampl. P. Com. Giulini supra relat. pag.* 23. *num.* 36., *& pag.* 157. *num.* 184., *& seqq.*, quibus ex abundanti addimus idem affirmantes.

6 Tor. *de primog. tom.* 1. *cap.* 29. *num.* 15., ubi quod quamvis Filii legitimatio restricta fuerit quoad effectus civiles, & *licet sit additum, ut Patri succedat ex Testamento, quod sibi placuerit, filius, est legitimatus. Peregrin. &c., & ratio est, quia data præcedenti abstersione maculæ per verba præcedentia legitimationem inferentia ad honores, & dignitates, subsequens restrictio concernens legitimationis effectum, non operatur, ut legitimatio transeat in dispensationem,* & rursus *num.* 15., ubi quod *quando restitutio respicit personam, videlicet quis restituitur ad primæva jura naturæ, honores, & dignitates, & reliqua jura personalia, dicitur legitimatus, & ad ejus favorem militant leges de legitimatis loquentes = quamvis sit restricta facultas succedendi, videlicet, ut possit succedere ab intestato, ex Testamento vero in eo, quod Patri placuerit Molin. &c.*

7 Gratian. *discep.* 496. *num.* 13.: ubi agens de legitimato cum clausula, ut haberi deberet pro legitime nato, & procreato de legitimo matrimonio, firmat, quod *talis legitimatus excludit substitutos sub conditione si decesserint sine filiis legitimis naturalibus secundum communem opinionem, de qua per Alexand. cons.* 2. *num.* 13. *lib.* 1., *Card. Mantica de conject. ultim. volunt. lib.* 11. *tit.* 10. *num.* 9., *Molin. de primogen. Hisp. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 2., *Peregr. de Fideic. art.* 23. *num.* 39., *Card. Seraphin. decis.* 880. *num.* 5. *Maxime quia in legitimatione, de qua agimus, fuit specialiter provisum, quod legitimatus possit succedere tamquam legitimus, & de legitimo matrimonio procreatus, quo casu magis excluditur substitutus. Socin. &c.* Mox *num.* 26., *& seqq.* agens de indole, & qualitate veræ legitimationis in durioribus terminis legitimationis secutæ cum clausula *sine præjudicio venien-*

tium ab intestato, hæc habet: *Nec oberit, quod legitimatus cum dicta clausula* sine præjudicio venientium ab intestato, *non sit proprie legitimatus, sed dispensatus, quia contrarium est verius. Nam tale JUS SUCCEDENDI DICITUR SEPARATUM A FILIATIONE. Bart. in l.* Is *potest ff. de aquirend. hæred. Unde quamvis limitetur effectus legitimationis, non tamen restringitur ipsa legitimatio, tamquam respiciat integritatem personæ. Quare potest esse, quod Filius REMANEAT PERFECTE LEGITIMUS, & TAMEN NON HABEAT JURA SUCCESSIONIS; Videmus enim, quod Filius vivente Patre potest renunciare successioni cap. quamvis de pact. in 6., & nihilominus legitimus remanet Filius, quia successio non est de essentia legitimationis*, & rursus *num.* 30., *& seqq.* Ubi *quod contraria procedunt in dispensatione collativa, prout est illa, quæ fit ad quid futurum, secus in restitutiva, sicuti est illa, quæ fit ut ex retro, quando videlicet, quis restituitur antiquis Natalibus, quia per eam fit VERE LEGITIMUS*, quod itidem firmant Boscol. apud Torre *de primog. tom.* 2. *respons.* 4. *num.* 73., *& seqq.*, & signanter *num.* 78. Idem Torre *var. tom.* 2. *tit.* 8. *quæst.* 9. *per tot.*

8 Marta *de success. legal. part.* 1. *quæst.* 18. *artic.* 2. *num.* 6. = ibi = *vera non est illa opinio, quod legitimatus quoad certos actus tantum, puta quo ad ordines suspiciendos, & quod Parentibus succedere non possit, nisi in eo, quod sibi in Testamento relinquent, is dispensatus, non autem legitimatus dici debeat, quoniam licet limitetur successio, vel adsit clausula circa præjudicium venientium ab intestato, tamen magis vera, & magis communis opinio est, quod sit legitimatio, non dispensatio, quia DIVERSUM EST JUS SUCCEDENDI A LEGITIMATIONE, & STATU PERSONÆ.*

9 Paschal. *de viribus patriæ potest. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 241. = ibi = *Quando filius plene legitimatur cum restitutione natalium quo ad personam integre, verum limitata est successio, quod possit succedere ex Testamento, vel ab intestato in eo, quod Patri visum fuerit, & placuerit, & eo casu dubium non est, quin PLENE SIT LEGITIMATUS*, & affert eandem rationem quam superius citati adducunt, nempe *quia successio est EFFECTUS SEPARATUS AB IPSA LEGITIMATIONE, & eam non alterat, & potest conservari sine effectu succedendi*, pluresque DD. allegat idem tenentes.

10 Molfes. *ad consuet. Neap. part.* 2. *tit. de personis num.* 42. *ad* 46. ibi = *NATALIUM RESTITUTIO EST ILLA, QUÆ FACIT VERAM LEGITIMATIONEM, sic etiam habilitat ad honores, & dignitates, licet sit limitata quo ad successionem, ut succedat in eo quod Patri placuerit, vel citra præjudicium venientium ab intestato.*

11 Lup. *de illegit. comment.* 3. §. 1. *num.* 48. ibi = *quoniam successio in bonis Parentum non est de substantia filiationis legitimè, sed ejus sequela, cum EFFECTUS SUCCEDENDI SIT DISTINCTUS,*

CIUS, ET SEPARATUS A LEGITIMATIONE PERSONÆ; Nam & SI TOLLATUR SUCCESSIO ADHUC REMANET LEGITIMATIO INTEGRA, & PERFECTA, & sub num. 49., ubi ex his infert, quod clausulæ adjectæ in legitimationibus, *nempe ut legitimatus succedere valeat ad certa bona non autem universaliter, vel ut succedat ex Testamento, non autem ab intestato, vel quod succedat in eo, quod Patri placuerit, aut de ejus voluntate, vel consensu, vel quod succedat sine præjudicio legitimorum hæredum, nec non sine præjudicio venientium ab intestato, non immutant naturam legitimationum, ut per eas effici dicantur dispensationes*.

12 Quibus, omissis centum aliis, addimus. Peregrin. *de fideicom. art.* 23. *sub num.* 34., & 35. Molina *de primogen. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 38. Andreol. *contr.* 300. *art.* 4. *sub num.* 50. *in fine*, Picenard. *post Sadarin. respons. unic. num.* 80., & 81., Castil. *contr. jur. lib.* 4. *part.* 1. *de conject. ultim. volunt. cap.* 22. *num.* 148., Rot. Rom. *post Salgad. Labyrint. creditor. decis.* 25. *num.* 6., & *rec. decis.* 430. *a num.* 10. *usque ad num.* 18. *part.* 4. *tom.* 2., & *post Merlin. de legit. decis.* 119. *sub num.* 2., Politi *de fideicom. disert.* 74. *num.* 19., Rodulfin. *apud eundem Politi disert.* 75. *num.* 8.

13 Nihil relevante clausula, & *non ultra* apposita legitimationi dicti D. Com. Pauli Alexandri, utpote quæ percutit limitationem juris succedendi in paterna hæreditate, *prout per eum Illustr. Com. Jo. Jacobum ordinatum fuit, seu ordinabitur, tam per viam Testamenti, & ultimæ voluntatis quam aliter, & non ultra*, non autem alias successiones statim ac idem D. Com. Paulus Alexander ex ipsamet legitimationis littera quo ad statum personæ restitutus fuit ad omnia, & singula naturæ jura, nec non, & ad *alios quoscumque actus legitimos, honores, & dignitates*, ac *AD ALIA QUÆLIBET LEGITIMA JURA* = *perinde ac si de legitimo toro, & matrimonio procreatus, & natus fuisset*.

14 Ejusdem plane indolis sunt, quæ præterea notant dicti DD. Co. Fratres Barbiani de Belgiojoso, quod scilicet legitimatio sit fictio juris, legitimatusque evadat Agnatus fictione juris, ideoque dicto D. Com. Paulo Alexandro, ejusque descendentibus, nondum aquisita fuerint agnationis jura ad effectum succedendi in primogenio ab olim D. Com. Joanne Trivultio Testatore erecto favore Agnatorum, nec non, & pro conservatione agnationis, & familiæ de Trivultiis.

15 Porro cum, inspecta natura, omnes æque liberi, & legitimi nascantur §. *licet auth. quibus modis natural. effic. sui*, & diferentia inter legitimos, & illegitimos a juris dumtaxat censura, seu a jure positivo fuerit introducta *l. legitimum ff. de pact.* utique potest Princeps, qui lex animata dicitur, positivo juri derogando, illegitimitatis vitium auferre, quo, media legitimatione, sublato, non de novo legitimus fit, sed ad primævum naturalem legitimitatis statum reducitur, itaut natura-

 lium,

lium, & legitimorum nullum diſcrimen habeatur, eademque illorum ſit conditio, & æquale jus ſuccedendi *l.* 2. *ff. de natural. reſtituend.* = ibi = *illis enim natalibus reſtituitur, in quibus initio omnes homines fuerunt*, = *& in auth. quib. mod. effic. legit.* §. *ſit igitur licentia* = ibi = *NIHIL A LEGITIMIS FILIIS DIFERENTES, & in auth. quibus mod. natural. effic. ſui* §. *reliqui* = ibi = *ſemel enim eos efficientes legitimos, damus etiam habere SUCCESSIONES ILLAS QUAS HABENT II, QUI AB INITIO LEGITIMI SUNT, &* §. *illud tamen verſic. Si quis ergo* = ibi =, *& voluerit eos reſtituere naturæ, & antiquæ ingenuitati*, & infra = *Sit licentia Patri Imperio preces offerre hoc declarantes, quia vult naturales ſuos filios reſtituere, & antiquæ ingenuitati, & juri legitimo, ut ſub poteſtate ejus conſiſtant NIHIL A LEGITIMIS FILIIS DIFERENTES*, & in §. *adoptionis in fin.* = ibi = *ſicut in cæteris ab initio legitimis opportet etiam in his fieri ſucceſſiones.*

16 Additur quod etiam ſimpliciter naturales ſaltem de conſuetudine Italiæ, gaudent juribus agnationis, & familiæ, prout late probatum eſt *ſupra pag.* 48. *num.* 85. *& ſeqq.* & præterea firmant, Torr. *de primog. tom.* 1. *cap.* 28. *num.* 78., *&* 89., Polit. *tom.* 2. *tit. de fid. diſert.* 70. *num.* 35., *& ſeqq.*

17 Verum exulat omne dubium quo ad dictum D. Co. Paulum Alexandrum, qui cum beneficio legitimationis reſtitutus fuerit ad omnia ſanguinis, & naturæ jura *proinde, ac ſi de legitimo toro, & matrimonio procreatus, & natus fuiſſet*, indubium etiam eſt, quod eidem, ejuſque deſcendentibus aquiſita fuerint omnia, & quæcumque agnationis jura, & quod ſint VERE AGNATI ad effectum ſuccedendi ad excluſionem aliorum ſubſtitutorum in fideicommiſſis, & primogeniis agnatitiis familiæ Trivultiæ, Merlin. *de legitim. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 5., aliique apud Gobb. *conſult.* 9. *num.* 14., *& ſeqq.*, *& num.* 62., Torr. *de primog. tom.* 1. *cap.* 29. *num.* 50., *& ſeqq.*. idem *var. tom.* 2. *tit.* 8. *quæſt.* 9. *num.* 7., Boſcol. apud eundem *de primog. tom.* 2. *reſp.* 4. *num.* 166., Bonfin. *de fid. diſp.* 79. *num.* 8. 15., *&* 16., Polit. *tom.* 2. *tit. de fid. diſert.* 62. *num.* 3., ubi quod *legitimatus nedum dicitur de linea, ſed etiam DE FAMILIA, ET AGNATIONE, CUJUS EST EJUSDEM PATER NATURALIS*, Gratian. *diſcept. cap.* 496. *num.* 9., ibique De Luca *num.* 6., *& cap.* 635. *num.* 41., ibi: *Tales enim ita legitimati ſuccedunt, prout ſi eſſent verè legitimi, quod etiam eſt de jure communi, cum omnes iſti dicantur DE FAMILIA, ET AGNATIONE TESTATORIS, & veniant in fideicommiſſo relicto proximioribus.* Egregie, pluribuſque adductis Roxas *de incompat. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 82., ubi quod *in majoratu agnationis, quando non ſuperſunt agnati, ſed fœminæ legitimæ, & naturales, tunc AGNATUS NATURALIS, attamen legitimus per reſcriptum Principis, præferri debet in excluſionem fœminæ TAMQUAM*

AGNA-

AGNATUS EX LINEA, ET FAMILIA pro conservanda Testatoris agnatione, Bald. &c., quod per eadem omnino verba iterum firmat Gratian. *discept. cap. 673.* num. 7.

18 Quid non igitur dicendum ubi dictus D. Co. Paulus Alexander, nedum vigore legitimationis factus est VERE AGNATUS, ET DE FAMILIA TESTATORIS, sed etiam pro illius admissione ad primogenium ordinatum a D. Co. Jo: Trivultio ad exclusionem masculorum descendentium a fæmina agnata ultimo loco substitutorum stat insuper vis, & indoles conditionis universalis negativæ. *Et ubi nulli reperirentur agnati masculi?* Hac enim Testator pandidit enixam ejus voluntatem, & intentionem, quod non aliter locus esse deberet successioni masculorum descendentium ex fœmina agnata, quam in defectum agnatorum omnium familiæ Trivultiæ, & suapte natura comprehendit agnatos omnes cujuscumque generis, quamvis improprie tales prout postulat indoles, & natura conditionis universalis negativæ, quæ potentius negat, quam affirmet affirmativa, ut probatum est *supra pag.* 139. *num.* 74., & post Mantic., & Rotam præterea notat Polit. *tom.* 2. *tit. de fid. disert.* 62. *n.* 6.

19 Nec a præcedentibus dissimilia sunt desumpta, sive ex dispositione *Statut. Mediol. cap.* 456. *vol.* 1., sive *ex Nov. Constit. tit. de legitim.*, sive ex defectu citationis interesse habentium in fideicommissis familiæ Trivultiæ.

20 Nova non est, ut innuimus, exceptio desumpta, sive ex dispositione statuti, sive ex dispositione *Nov. Const.*, cui quo ad utramque illius partem factum jam est satis ab Egr. olim D. Advocato, mox Amplifs. P. Com. Giulino in *jur. Allegat.* supra relatis *pag.* 22. *num.* 32., *& num.* 43., *& seqq.* immo factum fuit satis in Sententia 1. Martii 1680., & 17. Decembris 1696.

21 Ex narrativis namque Sententiæ 1. Martii 1680. (1) constat oppositam fuisse huic legitimationi dispositionem *Statuti* 456., *& N. C. tit. de legit.*, & super hisce omnibus longe lateque disputatum fuisse, & tamen = Censuit Senatus *non expirasse fideicommissum Marchionis Theodori = Non evenisse casum favore Don Antonii Cajetani Galliæ Trivultii tamquam Masculi descendentis ex fæmina ob superexistentiam, & durationem AGNATIONIS TRIVULTIÆ non obstantibus oppositis.*

22 Sub hac nomenclatura agnationis Senatus Excellentissimus recensuit primo Capitaneum Don Carolum Trivultium, quem jussit præferri; recensuit secundo Marchionem Alexandrum Proavum Reorum Conventorum, cui per mortem dicti Capitanei Don Caroli fideicommissum obvenit, ita judicante Senatu 14. Martii 1691.

23 Et licet ibi ageretur de fideicommisso vocante etiam naturales, atta-

(1) *Fol.* 46. *tergo*, *fol.* 50., *fol.* 86., *& tergo*, *fol.* 157. *tergo*, *& fol.* 163. *tergo*.

attamen hic articulus fuit decisus quia controversus, & quia si non erat legitimatus, & reductus ad jura agnationis debuisset ex præcepto illius Testatoris legitimari.

24 Qua quidem Sententia anni 1680. ad discrimen revocata ex allegatis defectibus legitimationis, confirmata extitit in Contradictorio judicio cum Principe Estensi, aliisque media Sententia 17. Decembris 1696. declarante *legitimationem = validam = ideo attendendas etiam Sententias enunciatas Senatus* (scilicet etiam illam 1. Martii 1680.) *nec illis manum apponendam, non obstantibus deductis, salvis tamen* (non in hoc, sed) *in reliquis juribus partium prout juris*.

25 Cæterum *Stat. Mediol. cap.* 456. *vol.* 1. cautum equidem est quod non teneant legitimationes quoties non accedat consensus illorum, de quorum successione agitur, sed æque certum est Statutum non loqui, nisi de legitimatione ad certam *viventis* hæreditatem, non mortui, cujus nullus consensus adhiberi potest, ut patet ex subsequenti *statut. cap.* 457., ibi: *Si pater, vel superior illius talis legitimati vel cui dispensatum fuerit, ut supra, VIVIT*, ubi Carpan. *num.* 6. notat: *Hoc optima ratione appositum; si enim hi Agnati tempore conditi hujus Statuti essent mortui, quomodo possunt consentire tali legitimationi, ideo ille casus remanet sub dispositione juris communis*, quod itidem firmat *Bimius consf.* 55. *num.* 14., ubi ait: *Non adversatur argumentum desumptum ex lege nostra municipali cap.* 456. *vol.* 1. *disponente legitimationem non valere, nisi ei consentiat ille, de cujus bonis agitur, qui consensus, cum pro forma, desideretur, debet perfecte observari, nec potest satis fieri actu equipolenti notissimis* juribus, *quia præter alias responsiones allatas ab his, qui in hac causa consuluerunt, qui dicunt, & vere quidem, ipsam legem nostram minime referri posse ad casum nostrum, cum ea loquatur de consensu viventis non mortui, ut sequens caput Statuti declarat*.

26 Præterea non amplius respiciendum est ad dispositionem statutariam, sed ad posteriorem *Nov. Const. tit. de legitimat.*, qua cautum est, quod legitimati non succedant transversalibus *ab intestato nisi illi, vel eorum transversalium Parentes legitimationi consenserint*, & proinde nullam consensus necessitatem important in nostra hypothesi in qua quæstio non est de successione ab intestato, sed de successione ex Testamento, unde vel ex hoc dumtaxat capite corruit objectum desumptum ex dispositione *Nov. Const.*

27 Sed quorsum hæc quoad primogenium, ad cujus successionem, dempto stipite uniuscujusq. lineæ. vocati fuerunt Agnati in genere, quorum nomine, cum comprehendantur etiam legitimati, legitimatio ipsa secuta intelligitur de consensu, & voluntate ipsius Testatoris, qua in hypothesi si quod inde præjudicium profluit substitutis, illud eisdem irrogatum intelligitur ex dispositione, & voluntate Testatoris, potius quam per legitimationem? Polit. *tom.* 2. *tit. de fid. dissert.* 61. *num.* 23. ubi

ubi quod *jus substituti, qui alias fuisset successurus non dicitur lædi per legitimationem, nec eidem præjudicium afferri per legitimationem, sed quidem potius per ipsam Testatoris dispositionem, & ex præsumpta illius voluntate*, quod repetit *disert.* 75. *num.* 8. subdens *num.* 9. *atq. hinc frustra obijcitur, quod alii fideicommissarii debuerint citari in legitimatione, quia dum præjudicium non oritur ex legitimatione, sed ex voluntate Testatoris non requiritur citatio*. Rota post Giovagnon. *lib.* 1. *resp.* 21. *num.* 37. = ibi = *Fuit resolutum non fuisse necessariam citationem ex quo legitimati comprehendebantur ex tacita mente Testatoris*, & in terminis durioribus fideicommissi ad cujus successionem vocati fuerant *legitimi, & naturales*, Bimi. *dict. cons.* 55. *vol.* 1. *num.* 14., ubi postquam ab eo probatum est *statutum* 456. *vol.* 1., de quo supra, loqui de hæreditate viventis, subdit: *Probari consensum ipsius Magn. D. Fideicommittentis, de cujus hæreditate agitur = quia dum vocat* legitimos, & naturales, *vocat utique legitimos factos, qui eorum appellatione continentur, & per consequens videtur illis verbis consentire legitimationi faciendæ*, quod itidem firmant, Ruin. *in l. Gallus* 29. §. *& quid se tantum num.* 198. *ff. de lib., & posth.*, Menoch. *cons.* 459. *num.* 8., Cyriac. *contr.* 207. *num.* 49.

28 Quorsum demum hæc omnia inspectis derogationibus quarumqq; legum, statutorum municipalium, ac aliorum omnium in contrarium disponentium, etiamsi de illis specialis mentio fieri debuisset, contentis, tam in Privilegio Imperatoris Sigismundi, a quo Nobb. de Castilionæo concessa est facultas legitimandi, quam in subsecuta illius interinatione, & dispensatione prævia ad legitimationem dicti olim D. Comitis Pauli Alexandri, quibus, quatenus obstaret, derogatum fuit, tum Statutis, tum N. C. hujus Dominii, ut apud Gratian. *discept. cap.* 635. *num.* 16. Giovagnon. *lib.* 2. *resp.* 16. *num.* 85.

29 Inepta igitur, & inefficax est exceptio omnis desumpta ex legibus hujus Dominii, cui obstant etiam res ab hoc Excellentissimo Senatu judicatæ de anno 1680., & 1696., quarum occasione, inter alia, opposita etiam fuit dispositio dicti Statuti 456., & N. C. prout supra dictum est.

30 Nec magis solita sunt quæ dicti DD. Comites Fratres Barbiani de Belgiojoso opponunt desumpta ex defectu citationis interesse habentium.

31 Ubi enim legitimatio sequatur instante Patre prout instante D. Comiti Joanni Jacobo Trivultio secuta est legitimatio D. Comitis Pauli Alexandri ejus filii naturalis, in comperto est nullam requiri citationem interesse habentium Bart., & DD. *in l. Gallius* §. *& quid tantum ff. de lib., & post* Boscol. apud Torre *de primog. tom.* 2. *resp.* 4. *num.* 80., idem Torr. *var. tom.* 2. *tit.* 8. *quæst.* 9. *num.* 11., Giovagnon. *lib.* 2. *resp.* 16. *num.* 33., de Luca ad Gratian. *cap.* 635. *num.* 7. Neutiquam relevante præjudicio, quod ex legitimatione profluat aliis habentibus pro-

ximam successionis causam, quorum consensus, & citatio non requiritur, nisi ubi illa sequatur post jus tertio jam aquisitum, non ubi illa sequatur vivente Patre, & antequam jus aliquod alicui tertio requiratur, teste de Luca *de fid. disc.* 68. *num.* 17. *& disc.* 222. *num.* 7., ubi quod ad validitatem, & efficaciam legitimationis *nulla interesse habentium desideranda veniat citatio, aliaque causæ cognitio, cum revera ea procedant in casu præcedenti, quod agatur de tollendo jus illis jam aquisitum, secus autem in isto, in quo præventive, & quando jus interessatorum est incertum, tollitur illud illegitimitatis obstaculum, quod provenit a Jure positivo, cui Princeps derogare potest, adeout præjudicium, quod aliis vocatis resultat, sit accessorium, & consecutivum, cum Principalis operatio concessionis non sit directa ad præjudicium tertii, sed ad beneficium concessionarii, ut illa macula abluatur*, prout etiam apud Marescot. *var. lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 95., *vers. attamen tenendum*, de Luca ad Gratian. *cap.* 635. *num.*, 2. Ascevolini scribens pro veritate apud Politi *differt.* 77. *num.* 73., *&* 74. ibi = *interpretationem a DD. recepit litteræ consentaneam, ut non procedat, quando, prout in casu, legitimatio fuit facta priusquam per mortem gravati purificatum esset jus substituti, ut eam intelligit Fachin. contr. lib.* 1. *cap.* 53. *per totum Eugen. conf.* 29. *num.* 54. *lib.* 2., *Fusar. d. quæst.* 308. *in fine Gratian. cap.* 496. *num.* 22., *& seqq.*, *Rot. part.* 3. *recent. dec.* 600. *num.* 12., *quo casu nec requiri citationem substituti advertit cum aliis &c.*

32 Ex alio etiam capite exulat exceptio desumpta ex defectu citationis interesse habentium, quæ, ut post scribentes in dicta *L. Gallus* probat Giovagnon. *lib.* 2. *resp.* 16. *num* 41., necessaria non est, nisi quando fit *ad effectum succedendi alicui immediate*, seu in certa hæreditate, non ubi sit *in genere ad succedendum Agnatis, & Cognatis*; In hoc enim casu in quo versatur quæstio pendens inter Partes, ut ait idem Giovagnon. *non requiritur eorum consensus, & citatio*, quod iterum repetit *num.* 58., omnem de cætero super puncto citationis quæstionem admittentibus N. C. *tit. de legitimat.* ubi citatio requiritur dumtaxat quo ad successiones transversalium *ab intestato*, qualis non est casus noster.

33 Inconcussa stant igitur omnia, quæ superius innuimus, tam quo ad legitimationem D. Comitis Pauli Alexandri, quam quo ad illius vocationem ad primogenium D. Comitis Joannis Trivultii, manifeste scatentem, nedum ex parte dispositiva Testamenti, sed eo magis ex conditione universali negativa: *Et ubi nulli reperirentur agnati masculi*, ut in terminis valde durioribus Testatoris vocantis ad successionem fideicommissi *legitimos, naturales*, sed absque adjecto nativitatis, & procreationis de legitimo matrimonio, animadvertit Senatus Mantuæ apud Gobb. *decis. conf.* 9. *num.* 71., *&* 72. in hæc verba,

34 *Secundum objectum fuit, quod Ruggerius uti non natus ex legitimo ma-*

matrimonio non ſit vocatus, ſed tollitur ex eo, quod iſta procedunt in primis ſubſtitutionibus, in quibus vocantur deſcendentes legitimi, & de legitimo matrimonio; Aliud eſt dum Teſtator NULLIS EXTANTIBUS maſculis LEGITIMIS, ET NATURALIBUS ut ſupra, & ſic finita in totum linea, tam maſculina, quam fæminina legitima, & naturali vocavit Agnatos, & proximiores de agnatione Teſtatoris maſculos LEGITIMOS, ET NATURALES. In *hac enim parte continentur legitimati, tam ſub verbis NULLIS EXTANTIBUS, quæ admittunt legitimatos, deficientibus legitimis, ut in terminis Ruin. &c., quam ſub verbis, quibus finita linea, tam maſculina, quam fæminina legitima, & naturali Herculis, ſubſtituit proximiores de agnatione Teſtatoris maſculos legitimos, & naturales; Appellatione enim proximiorum DE AGNATIONE veniunt etiam LEGITIMATI, Giovagnon. reſ.* 21. *num.* 8. *lib.* 1., *Cyriac. controv.* 208. *num.* 1., *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 8. *n.* 5., *Rota poſt eum dec.* 77. *num.* 5. *deciſ.* 78. *num.* 5. *Quod vero Ruggerius ſit excluſus minime probatur; Excluſio namque legitimatorum numquam legitur in Teſtamento, ſed ſolum vocatio legitimorum ex legitimo matrimonio, & illis non extantibus LEGITIMORUM, & NATURALIUM, quæ verba non important illorum excluſionem perpetuam, & abſolutam, ſed ſolum prælationem legitimorum ex legitimo matrimonio.* Il*lis vero non extantibus legitimati venire poſſunt vigore ſequentium verborum, ſub quibus continentur, neque qualitas, quod ſint ex legitimo matrimonio appoſita in præcedentibus repetitur in ſubſequentibus ſubstitutionibus diverſarum perſonarum factis in defectum legitimorum ex legitimo matrimonio*.

35 Quod ſi *legitimatus* ad excluſionem ſubſtituti comprehenſus, & vocatus intelligi debet ſub nomine *legitimorum, & naturalium*, & ita deciſum a Sen. Mantuæ, ut apud Gobb. *d. conſult.* 9., an non evidens undique eſt, quod olim D. Co. Paulus Alexander comprehenſus, & vocatus intelligi debeat ad ſucceſſionem Primogenii ordinati a D. Co. Trivultio, vel ſub nomine *Primogenitorum*, vel ſub altero *Agnatorum* in genere, quos neque adjecta qualitate legitimitatis ſubſtituit Teſtator, & in conditione poſuit ad excluſionem maſculorum deſcendentium a fœmina agnata ultimo loco ſubſtitutorum? An non frivolæ penitus, & propterea omnino reijciendæ ſunt exceptiones omnes, quæ opponuntur adverſus res judicatas a Sen. Excell. de anno 1680., & 1696., quæ cum in judicatum tranſierint, propterea illarum vis, & indoles ea eſt, ut notat. Erod. *rer. jud.*
36 *tit. de leg.*, ut nihil præterea quærendum ſit, *quam judicatum ne ſit*, adeoque inconcuſſa ſtare debet illarum auctoritas, prout poſtulant leges hujus dominii, nec non & publica utilitas, de qua actum eſſet, ubi in diſcrimen vocari poſſent res ab hoc Excell. Ordine jam judicatæ, & in judicatum tranſactæ, quæ ut apud eundem Erod. *tit. de orig.*, & *auctor. Jud. circa med.*, *quia actæ, tranſactæ ſunt diſquiſitis omnium ſententiis, cauſa utrinque ampliſſime cognita, denique omnibus circumſtantiis rerum, perſonarum, temporumque adhibitis, hanc auctori-*

ta-

tatem adeptæ sunt, ut vix unquam infirmari, rescindive possint, quin si id agatur brevi actum sit de Republica, & paulo post: *Sane non tam interest ejus, qui vicit, sententiam non rescindi, quam publice, esse aliquem litium finem*.

37 Firmis itaque manentibus rebus ab hoc Excmo Ordine judicatis de anno 1680., & 1696., quid non sperandum DD Marchionibus Trivultiis, descendentibus a dicto D. Co. Paulo Alexandro, in quibus concurrit etiam qualitas nativitatis, & procreationis ex legitimo matrimonio, ex jure, & persona eorum propria, nec non & independenter ab altera dicti D. Com. Pauli Alexandri jus habentibus ad successionem dicti primogenii? quid non sperandum dicto D. March. Trivultio, ubi masculi ex fœmina agnata, nec substituti, nec vocati fuerunt ad successionem dicti primogenii: nisi sub conditione universali negativa: *Et ubi nulli reperirentur agnati masculi* comprehendente agnatos omnes etiam improprie tales?

38 Quid? ubi existentia personarum de genere posito in conditione impedit purificationem casus, licet illæ per falsissimam hypothesim non succederent, *Card. de Luca de fideicom. disc.* 40. *num.* 8., *& disc.* 71. *in fine*, *Mantica de tacit. lib.* 11. *tit.* 6. *n.* 14. *apud quem plures DD. in l. filius familias §. cum esset rogatus ff. de legat.* 1, *Rot. Rom. decis.* 151. *n.* 2. *part.* 3. *decis.* 194. *n.* 1. *& seq. decis.* 221. *n.* 4. *par.* 15., *& decis.* 11. *n.* 1., *& seq. part.* 16.

39 Quid ubi quæstio non est cum Agnatis legitimis descendentibus ex aliis legitime natis, & ex familia Trivultia, & unus in hanc diem superest dictus D. Marchio Trivultius, per quem continuari possit vera agnatio, & Familia Trivultia, cujus conservationem adeo enixe voluit, & contemplatus est Testator: In qua sane hypothesi nullum superest, nec superesse potest dubium, quod ad successionem primogenii admitti non debeant legitime nati, quamvis descendentes a Patre, aut alio ascendente legitimato, ut probatum jam est supra *pag.* 147., *& seqq.*, & in terminis jurispatronatus hujus familiæ favore descendentium a dicto D. Co. Paulo Alexandro decisum jam fuit a Rota apud Falconer. *tom.* 2. *tit. de jurepatr. decis.* 6. *n.* 6., ubi quod *existentibus istis fratribus de Trivultio in statu capacitatis, uti legitimis, & per plura media, & generationes ex legitimis, & naturalibus descendentibus, tametsi a radice illegitima proveniant, tamen sufficit, quod modo sint capaces, & nullus alias ex linea legitimorum supersit cum ipsi suam vocationem non agnoscant a dicto Paulo Alexandro naturali, nec illum repræsentando veniant, sed uti vocati ab ipso Fundatore sub nomine antiquiorum, & proximiorum de familia Trivultia, Mans. consult.* 297. *n.* 25., *& seqq.*, *qui n.* 27. *considerat specificum casum inexistentiæ aliorum de linea legitimorum, in quo absq. dubio concludit descendentes legitimos ex naturali esse admittendos*.

Quare &c., sub censura &c.

Advocati { Julius Cæsar de la Cruce.
Carolus Antonius Minalla.
Ignatius Vidisertus.
Joseph Ant.us Martinelli.

APPENDIX

AD JAM SCRIPTA

PRO

Nobb. DD. Marchione Don Theodoro Georgio, & Fratribus De Trivultiis

Super puncto *admissionis legitimi ex non tali* in Causa revisionis vertente.

CUM

Excell. DD. Marchione Rinaldo Alberico D'Este, aliisque Fratribus Comitibus de Barbiano de Belgiojosio.

1 QUamvis veritas (ut est in adagio) paucis contenta sit; tantaque sit illius vis = *ut nullis machinis* (ajebat olim Romanæ eloquentiæ Princeps, causam dicens pro Vatinio) *aut cujusquam hominis ingenio, aut arte subverti potuerit; & licet in causis nullum Patronum, aut Defensorem obtineat; attamen per se ipsam invicte defenditur* = quamobrem superfluum fortasse videri posset in re undique perspicua sermonem iterum instituere: Nihilominus cum ex adverso omnes exerantur conatus pro contendenda vocatione ad primogenium institutum anno 1548. ab olim Comite Joanne Trivultio, de quo in præsens disceptatur, pro deneganda, inquam, vocatione, non solum illegitimorum, sed etiam ipsorum legitimorum descendentium; idcirco non ad causæ necessitatem, sed potius in veritatis obsequium calamum iterum arripere lubet, unice, & ex professo, de hoc puncto acturi, ad hoc ut Pars adversa tandem aliquando agnoscat, quod in hac re contra receptiorem Doctorum Sententiam, immo contra evidentiam pugnat.

2 Celebris est ille articulus (ut jam animadversum fuit in novis jur. alleg. *supra pag.* 147. *num.* 119.), an sub vocatione filiorum, & descendentium legitimorum, & naturalium usque in infinitum veniant etiam illi qui legitimi, & naturales sunt, & de legitimo matrimonio nati, & procreati, sed ab Ascendente illegitimo procedunt.

3 Antiquitus Doctores accedentem quæstionem examinarunt an

nem-

nempe Avus legitimum nepotem ex filio illegitimo posset instituere: Dynus quæstionem sub Judice reliquit, Cynus, & post eum Bald. *in l. Gallus* 29. §. *quidam recte ff. de lib.*, *& posth.* negativam defenderunt: Bartolus *in d. l. Gallus* §. *quid si is*, affirmativam sustinuit, ut refert *Bartolum* sequens Paleot. *de noth.*, *& spur. cap.* 53. *in princ.*, *& num.* 3.

4 Baldi, & sequacium opinio movetur in primis exemplo Adami Parentis nostri, cujus labes posteros omnes potuit in perpetuum afficere, deinde quia hæc prohibitio sit pro reprimenda Patris libidine, eaque ratio vigeat etiam in nepotibus.

5 Primum hoc de cætero vanum, & incongruum fundamentum egregie resolvit idem Paleot. *dict. cap.* 53. *num.* 5. inquiens, aut alio pertinere, ita summi Dei Numine jubente, cujus arcana nobis non licet perscrutari, aut diversum id longe exemplum esse, cum omnes sub eadem lege, & conditione in lucem edamur, sub qua, & is vitam suam perrexit, secus vero sit in eo, qui legitimus ex Patre illegitimo nascitur; hic enim non eosdem, quos Pater natales sortitur.

6 Similiter ad illud argumentum respondet Caldas Pereir. *de nominat. emphiteut.* §. 4. *quæst.* 19. *num.* 42. = ibi = *Sed ejus ratio inde profluere videtur, quia omnes mortales sub ea conditione, & reatus crimine in lucem prodierunt, ut primi Parentis conditionem sortirentur tamquam filii ejus, qui Majestatem Divinam læsit, quo forte exemplo l. quisquis* §. *filii C. ad l. Jul. Majest. contra vulgata juris præcepta læsæ Majestatis pæna reorum filios afficit, quæ ratio in casu proposito cessat, quoniam nepos Patris spurii conditionem non sequitur, siquidem ex legitimis nuptiis procreatus, legitimus nascitur, & in lucem prodiit, legitimorumque jura nanciscitur parenti negata, quapropter mirum non est si quod Patri propter illegitimitatem negatur, filio suo nepoti, qui legitimus est, concedatur; Sed diversum obtinet in Adamo, cujus omnes conditionem eandem patimur, & secundum eam nati infortunium, & peccati pænam luimus.*

7 Rationem ex reprimenda Patris libidine desumptam resolvit Paleot. *d. cap.* 53. *num.* 4. adducta *lege cuidam* 11. *C. de natural. liber.* En legis verba = *filiis enim naturalibus relinqui constitutiones quantum voluerint ideo prohibuerunt, quia vitium paternum refrænandum esse existimaverunt, in nepotibus autem non eadem observatio in præfatis speciebus custodienda est, ubi legitima soboles minime facit impedimentum &c.*, & paulo infra dicens id procedere solum in Testamentaria successione, subdit = *Jura ab intestato in Avi successionem nemini eorum penitus aperimus, & hoc non solum eis accedere censemus a substantia Avi paterni naturalis, sed etiam Proavi, vel ejus cognationis.* Unde ea conclusio, quod exclusis illegitimis, excluduntur etiam legitimi ex eis, tamquam procedentes a radice, ut asseritur, infecta, de qua Carena *resol.* 225. *num.* 4. procedat in successione ab intestato, non vero ex Testamento, ut probat relata Lex, quam cum

aliis

aliis juribus ponderant Fachineus *contr. jur. lib.* 5. *cap.* 97., Carena *resol.* 26. *num.* 7. *versic. nec Fachineus*, Actolin. *resol.* 61. *num.* 31., *&* 42.

8 Ex quibus patet nihili faciendum esse adversarium illud argumentum desumptum ex eo, quod naturales ab intestato non succedant, cum ex relata lege scateat responsio Paleot. *d. cap.* 53. *ex num.* 2. *ad finem* attestans quod cum Bartolo crebrior quoque stat opinio, eademque æquior multo ac verior, quæ sustinet filium illis tantum commodis ob delictum Patris esse privandum, quæ a persona Patris, non ab Avo aut aliis Agnatis proficiscerentur.

9 Sic *crimen vel pæna paterna nullam maculam filio infligere potest* sunt verba *text. in l.* 26. *ff. de pœnis*, cui consonat *l.* 2. §. *in filiis versic. nullum ff. de decurion.*

10 Sic Patris hæretici culpa filio Orthodoxo in successione nullo est impedimento *l. cognovimus cum auth. sequ. C. de hæretic.*

11 Sic deportati, quibus nihil potest relinqui *l.* 1. *C. de hæred. instit.* quoad avitam hæreditatem nepotibus nihil nocent *l.* 1. §. *fin. ff. de bonor. possess. contr. tabul.*

12 Sic *eum qui Civitatem amisit, nihil aliud juris adimere liberis, nisi quod ab ipso perventurum esset ad eos, si intestatus in Civitate moreretur: hoc est hæreditatem ejus, & liberos, & si quid aliud in hoc genere reperiri potest. Quæ vero non a Patre, sed a genere, a civitate a RERUM NATURA tribuentur, ea manere eis incolumia &c., non enim hæc patrem, sed majores ejus dedisse* inquit *l.* 3. *ff. de interdict., & relegat.*

13 Sic *si quis, & Patrem, & Avum habuerit Senatorem, & quasi filius, & quasi nepos Senatoris intelligitur. Sed & si Pater amiserit dignitatem ante hujus conceptionem, quæri potuerit, an quamvis quasi Senatoris filius non intelligatur, quasi nepos tamen intelligi debeat? & magis est ut debeat: ut Avi potius ei dignitas prosit, quam obsit casus patris* tradit. *l. emancipatum* 7. *ff. de Senatorib.*, & ut subdit alia *l. filiam* 9. *ff. eodem* = *Quæsita dignitas liberis propter casum Patris remoti a Senatu auferenda non est.*

14 Sic *nepotem, neque verbis neque sententia legis, aut edicti Prætoris ex persona, vel nota patris sui excludi a bonis aviti liberti* disponit *l. divi fratres* 17. *ff. de jur. patron.*

15 Sic exhæredato filio, licet justa de causa, non ideo nepos a petenda avitorum bonorum possessione repellitur *l.* 3. §. *si emancipatus ff. de bonorum possess. cont. tab.* Paleot. *d. cap.* 53. *n.* 3.

16 Sic, licet Senatori interdictæ sint nuptiæ cum libertina, vel cum muliere genita ab his, qui ludricam artem exercuerint, potest illas cum nepte contrahere *l.* 44. §. *hoc capite ff. de ritu nupt.*, quippe, ut inquit ibidem *Baldus*, quoties de odibilitate quæstio est, non eandem sortitur conditionem nepos quam filius, quo confluit etiam traditio Glossæ *in cap. Presbyterorum dist.* 56. *cap.* 1. litt. G., ubi dicitur avitæ illegitimitatis vitium

tium legitimis descendentibus non obesse, quia conveniat odia restringi, non ampliari, ejusque exceptio non sit perpetua, cum legitima successione tollatur.

17 Sic stante statuto, quod filius interficiens Patrem non succedat, utique nepos, qui non fuit culpabilis, succedit Avo Bald. *in l. 6. num. 4. C. de incest. nupt.* Rota *decis.* 479. *n.* 23. *part.* 5. *tom.* 2.

18 Sic ipsa Ecclesia Puritatis Mater, quæ filios Presbyterorum extra matrimonium susceptos a simultaneo cum patribus ministerio idcirco repellit; ne parentum incontinentia per filios repræsentetur, ut sancivit *cap. cum decorem extra. de fil. Presbyteror.*, & definivit *Sacrum Concilium Tridentinum sess.* 25. *de refor. cap.* 15., admittit tamen nepotes legitime natos, in quibus *Rotæ Romanæ* visa est non eadem subesse odii ratio Barbos. *in c. ad extirpandas num.* 4., *&* 5. *extra. de fil. Presbyter.* Rota apud Seraphin. *decis.* 1442. *num.* 11. Papon. *lib.* 21. *tit.* 3. *arrest.* 4. Gratian. *discept.* 397. *lib.* 6. Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 46.

19 Sic occidens gravatum, cujus substitutus fideicommissarius sit, & ita fiat indignus, hæc indignitas non nocet filiis occidentis in jure, quod virtute substitutionis habeant absque dependentia ex jure Patris. Noguerol. *alleg.* 12. *n.* 192. Paschal. *de patr. potest. part.* 4. *cap.* 8. *n.* 13. 14., *&* 15., & ibi Prat. *in addit.*, ubi ex Marta *in cons.* 147. testatur ita fuisse decisum a Senatu Excellentissimo Mediolani.

20 Sic nepos ex filio ob delictum, vel aliam inhabilitatem excluso, succedit in fideicommisso ad exclusionem substituti. Castil. *controvers. jur. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 55., *&* 56. Cephal. *cons.* 203. *num.* 9., Barbos. *in l.* 11. §. *final. ff. solut. matrim. num.* 24., *&* 25. Rot. *decis.* 479. *num.* 22, *&* 29. *part.* 5. *tom.* 2. *rec.*

21 Colligitur itaque ex præmissis nihil existimandum esse illud dicterium, quod est contrariorum Achilles, quod nempe infecta radice infecti sint etiam palmites, cum ex tot legibus, & etiam Doctoribus stabilitum comperiamus in materia potissimum testatæ successionis allegatam Patris maculam filio non obesse, sicut, tam ex adductis rationibus, quam etiam aliter per DD. diluitur relatum dicterium, ut ultra alios infra citandos videre est apud Rot. Ferar. penes Balduc. *decis.* 22. *n.* 13., Aldobrandin. *cons.* 13. *num.* 57., *&* 73. *vol.* 1., Fachin. *controv. jur. lib.* 5. *cap.* 97. §. *tertio autem*, *& seq.*, Benedict. de Barz. *de fil. non legitim. nat. n.* 32. *versic. sed tu in hoc considera* inter tract. magn. *tom.* 8. *part.* 2. *fol.* 27., Carpzov. *decis. illust. Saxonic. part.* 2. *decis.* 111. *per tot.*, & præcipue *n.* 8., *&* 10., Menoch. *de præsumpt. præs.* 96. *n.* 21. *lib.* 4., Spada *cons.* 35. *n.* 1. *lib.* 2., ubi ait *esse regulam, quod filii legitimi ex Patre illegitimo sunt capaces omnium, quæ sibi proveniunt ex persona Patris* = Bonfin. *de fideicom. disp.* 86. *n.* 33. = ibi = *Si vocatus sit ex proprio*

jure,

jure, *&* *persona*, *non impeditur succedere in locum Patris*, *vel Matris exclusæ rappræsentando gradum non vero Personam*, *ut est verior opinio* = Ciarlin. *contr.* 219. *n.* 81. *lib.* 2., Marta *de success. legal. part.* 2. *quæst.* 4. *art.* 5. *n.* 23. *ad* 27., Castil. *contr. jur. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 61. 70, *&* 83., qui utcumque ibi agat quæstionem masculi ex fœmina, tamen postquam *n.* 59., *&* 60., illa decteria de infecta radice, & infectis palmitibus congessit, generice tamen, & ad nostrum intentum opportune respondet *n.* 63. ibi = *Secundo deinde*, *&* *principaliter respondetur*, *quod præfatæ Doctrinæ*, *sive generales Doctorum observationes superius adductæ procedunt*, *quando in filiis eadem ratio exclusionis militat*, *quæ in patre militabat*, *aut quæ circa personam Patris movit principaliter testatorem*, *secus tamen quando ratio*, *cur Pater*, *vel Mater excluditur non militat æqualiter in filiis*, *vel si excluderetur ob aliquam qualitatem*, *quæ in ejus descendentibus cessaret*, *ita Bartolus in L. libertorum ff. de verbor. significat. col.* 5. *tradens regulam generalem*, *quod quando lex loquitur de filio non simpliciter*, *sed respectu alicujus qualitatis*, *quæ est in filio*, *si illa qualitas non est in nepote*, *non trahitur ad Nepotem*, *&* *Bartoli doctrinam sequuntur communiter Scribentes &c.*

22 Eaque inter cæteras est viva ratio, quia licet Pater ex defectu legitimæ nativitatis fuisset incapax, quando filius non habet qualitatem illam excludentem a fideicommisso Patrem nec venit ex persona sui Patris, sed ex propria vocatione, tunc sublato de medio Patre tamquam incapaci, intrando in locum Patris succedit, non tamen succedere dicitur eum rappræsentando; & ex jure ab eodem Patre sibi transmisso, sed intrando potius locum vacantem, & ex propria persona, in qua inest qualitas, quæ in Patre defecerat, & sic cessante in eo causa exclusionis quæ patrem arcebat, exclusio pariter cessare debet, ut his aliisque rationibus argumentatur quæstionem ad propositum nostrum examinans, & pluribus adductis jura legitimi ex illegitimo sustinens in fideicommisso vocante descendentes masculos de legitimo matrimonio, Mans. *cons.* 297. *per tot.*, & præcipue a *n.* 25. ad finem omnino videndus.

23 Eamdem Sententiam ultra citatos supra num. 21., & ultra citatos *supra pag.* 147. *n.* 121. *usque ad n.* 128. tuentur Rota *decis.* 173. *n.* 3. *part.* 19. *tom.* 1., Peregrin. *de fideicom. art.* 18. *n.* 29. *ad* 32., Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit. final. num.* 72, *&* 73., Ruin. *cons.* 120. *sub n.* 15. *tom.* 1., Socin. jun. *cons.* 2. *n.* 20., *&* *sequ. lib.* 3., Ludovic. *decis. perus.* 18. *n.* 35., Rot. Genuens. apud Palm. Nep. *decis.* 181. *n.* 106., Hyeron. de Leo *decis. Valent.* 1. *n.* 10. 43. 49., *&* 53. *part.* 3., Urceol. *consul.* 57. *n.* 26., Spada *cons.* 302. *n.* 6. *ad* 8., Cephal. *cons.* 103. *n.* 5., *&* *seq.*, Casanat. *cons.* 8. *n.* 17., Palma *alleg.* 169. *num.* 12, Torre *de majorat. tom.* 1. *cap.* 33. §. 7., Peronus apud Gob. *consult. decis.* 28. *tom.* 2. *n.* 3., Balduc. *tit.* 3. *de legat.*, *&* *fidei-*

fideicom. decis. 22. *n.* 12., Rota *coram Molines tom.* 4. *decis.* 1024. *n.* 14., Rota *coram Lancett. tom.* 1. *decis.* 309. *n.* 11.

24 Et sane juxta oppositam opinionem evaderet inutilis, & ridicula magistralis distinctio passim allata a Doctoribus inter legitimitatem linearum, & seu volitam, tam in generato, quam in generante, ac legitimitatem personalem, seu volitam in eo tantum, qui successurus sit, de qua Mans. *dicta cons.* 297. *sub n.* 25. §. *nec aliquid*, cur enim dicerent, quod si vocati simpliciter non sunt descendentes legitimi, sed linea legitima, legitimitas necessaria sit in singulis gradibus, si hac rigorosiori legitimitate opus esset quotiescumque, & quomodocumque vocati essent descendentes, seu filii legitimi?

25 Similiter distinguit acris Contradictor in reliquo Torre *var. tom.* 2. *tit.* 8. *part.* 5. *num.* 11. = ibi = *Non repugnat quod aliquando vocatis masculis legitimis, & naturalibus veniant legitimi ex illegitimis, ut dicebam eodem tract. de succes. in majorat. & primogen.* Ital. *part.* 1. *cap.* 28. §. 6. *num.* 20., *& seqq.*, *quæ opinio habet locum, quando Testator habuit respectum ad nativitatem dumtaxat, quo casu sufficit, ut, qui prætendunt succedere, nati sint de legitimo matrimonio, quia hoc casu nascimentum tantum consideratur, non curato de ascendentibus*; *non vero quando testator respexit ad* LINEAM, *seu descendentiam de legitimo matrimonio, quia tunc attenditur ad ipsam lineam, aut descendentiam efformatam ex personis habentibus dictam qualitatem propterea non dicuntur vocati legitimi ex illegitimis &c.*

26 Istaque fuit potissima ratio cur revocata fuerit supracitata decisio Rotæ Genuensis apud Palma 181., *ut ex decis.* 467. apud eundem Palma, quia crediderunt resultare ex Testamento volitam fuisse legitimitatem linearem, & sic tam in generato, quam in generante ex iis Testamenti verbis = *Et quandocumque contingerit, quod deficeret dicta LINEA masculina de legitimo matrimonio descendens a dicto Michaele Angelo*, cui substitutioni cæteras parificaverat Testator, ut ponderat eadem *decis.* 467. *sub n.* 258. §. *hic quoque* usque *ad n.* 317., & signanter *num.* 267. §. *secundo præmittimus*, *n.* 274. 285. 292., & 308., ubi quod = *Indubitatum est qualitatem legitimitatis linealis primogenitis masculis M. Michaelis Angeli fuisse in prima conditione appositam ad restringendam ad solos legitimos ex legitimis partem dispositivam ALIAS LEGITIMORUM EX LEGITIMIS COMPREHENSIVAM, ut pluries diximus, & probavimus &c.*, *& num.* 309. §. *addito quod.* ibi = *Si enim talis fuisset Testatoris intentio potius qualitatem de legitimo matrimonio debuisset DEMPTA LINEÆ MENTIONE EXPRIMERE, ut scilicet in secunda conditione includerentur legitime nati ex illegitimis non inclusi in prima conditione, & comprehenderentur in utraque omnes masculi de legitimo matrimonio CUJUSCUMQUE SPECIEI, QUOS SECUNDUM VERBORUM SONUM, ET PROPRIETATEM COMPREHENDIT DISPOSITIVA.*

Con-

27 Confirmatur assumptum ex more Regionis, ut ad propositum notant Palma *decis.* 180. *n.* 6., Rota *inter allegat. ejusdem Palm.* 242. *n.* 13., *&* 14., Polit. *de fideic. dissert.* 70. *n.* 35., Paleot. *de noth. cap.* 35. *n.* 8. Carena *resol.* 103. *n.* 10., juxta quem descendentes ex illegitimo avitam Nobilitatem retinent Palma *dict. decis.* 180. *n.* 6. Tiraq. *de Nobil. cap.* 15. *n.* 25., Faber. *in Cod. lib.* 9. *tit.* 29. *defin.* 20. *num.* 9., Barbosa *vot. decis.* 27. *n.* 14., Philip. de Comines vulgo *il Cavalier d' Argenson* in ejus historicis memoriis *lib.* 7. *pag. mihi* 569. ibi = *Giacchè in Italia poca, o nissuna differenza passa fra naturali, e legittimi*, utuntur Insigniis familiæ, Cyriac. *contr.* 209. *n.* 39., Jo. Ant. Bellon. *cons.* 11. *n.* 8. Valent. *de ult. vol. part.* 1. *vot.* 9. *sub n.* 130., *&* 131.; Chartar. *decis.* 62. *n.* 61. *ad* 64. *pag.* 588. *tom.* 2., Bart. *in tractat. de insign.*, *&* *armis n.* 10., *&* 11., Nicol. de Ubald. *de success. ab intest. n.* 53., Soc. Sen. *cons.* 102. *num.* 8. late Crescenzi *trattato di Nobiltà lib.* 1. *cap.* 11. *per tot.*, & signanter *num.* 30., Calvin. *de æquit. cap.* 262. *num.* 67., & novissime Paradisius in ejus vulgo, *Ateneo del* Uomo *Nobile tom.* 5. *part.* 2. *cap.* 8. *num.* 13., ibi = *i Naturali in Italia portano le armi gentilizie senza alcuna distinzione, mentre quì o poca, o nissuna diversità corre tra Naturali, e legittimi*. Denin. *Revoluzioni d' Italia tom.* 3. *lib.* 17. *cap.* 6. *pag.* 37. juxta impressionem Taurinensem anni 1770., ibi = *I Bastardi contavano poco meno che i figliuoli legittimi*, Scarfanton. *decis.* 54. *part.* 2., & in specie de consuetudine Mediolani latissime scripsit Meritissimus Præses Picenard. *in respons. unic. post* Sadarin. *num.* 64.

28 Naturales etiam veniunt appellatione filiorum, & descendentium in conditione positorum juxta sententiam Papiniani, de qua *in l. ex facto* 171. §. *si quis rogatus* 4. *ff. ad Trebell.*, & ita pro regula communiter accipi firmant Dondeus scribens in causa ab hoc Excellentissimo Senatu favore ejus Clientis decisa *consult.* 6. *n.* 25., Peregrin. *cons.* 54. *n.* 5. 6., *&* 7., Barbosa *appellat.* 70. *n.* 8., pariterque veniunt naturales sub nomine Domus, & parentelæ, prout testantur Marta *de succes. legal. part.* 2. *qu.* 4. *art.* 5. *num.* 22., Picenard. *ubi supra num.* 66., *& seq.*, Spada *cons.* 302. *n.* 9., Alciat. *in l. pronunciatio* 195. *versic. ex eadem Domo ff. de verbor. signific.*, Valent. *de ult. vol. vot.* 9. *num.* 125., Bartholom. Soccin. *cons.* 102. *num.* 8., *&* 3., Tiraquel. *de nobilit. cap.* 15. *n.* 25., Paleot. *de noth.*, *& spur. cap.* 60. *n.* 4., *&* 5., Rocc. *de Insign. famil. cap.* 24., Barz. *decis. Bonon.* 91. *n.* 26., Pedroc. *cons.* 20. *n.* 3. 4., *& sequ.*, *& n.* 10., Menoch. *cons.* 754. *num.* 16., *&* 17., Rot. *decis.* 676. *n.* 2. *part.* 4., *& decis.* 361. *part.* 4. *tom.* 2., *&* 3., Palma *allegat.* 242. *num.* 13., *&* 14., ubi quod comprehenduntur in dispositione vocante Agnatos Navar. *tit. de jur. patron. cons.* 4. *n.* 2., Fusar. *de substit. qu* 361. *n.* 16., Decian. *resp.* 3. *n.* 87. *vol.* 1., Bart. *in l. final. sub n.* 1. *C. de verb.*

 sign.,

sign., & in tractat. *de Insign.*, *&* *arm. num.* 11., Marta *de success. leg. part.* 4. *quæst.* 21. *art.* 5. *n.* 11., *&* 12., Bald. *cons.* 441. *col.* 1. *vol.* 3., Menoch. *præs.* 88. *n.* 14., *lib.* 4., Fredian. *de fideicom. disert.* 31. *n.* 4., Calvin. *de æquit. dict. cap.* 262. *n.* 67. *lib.* 3, ubi quod in Italia ex communi usu reputantur de familia, Barry *de success. lib.* 8. *tit.* 7. *num.* 13., Guidopap. *quæst.* 580., Boer. *quæst.* 127. *n.* 21., Papon. *arest.* 1. *lib.* 21. *tit.* 3., Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 8. *tit.* 17. *n.* 10., *&* 11., Carena *resol.* 103. *sub n.* 10. § *In jure* ubi quod sunt de agnatione, & Mediolani consensum valide præstant in obligationibus, vel alienationibus Mulierum ejusdem Parentelæ, non minus quam legitimi agnati *Statut. Mediol. cap.* 328. *vol.* 1.

29 Denique illegitimis non interdicuntur honores, & munera publica Valent. *de ult. vol. vot.* 9. *n.* 129., *&* 30., Picenard. *ubi supra n.* 92., *&* 93., Tiraquel. *de Nobilit. cap.* 15. *n.* 25., *&* 30. *ad* 34. Marta *cons.* 96. *n.* 32., Paleot. *de noth. cap.* 56. *n.* 4. fortius si sunt vitæ honestæ, Carpzov. *decis. illust. saxonic. part.* 2. *decis.* 11. *n.* 10., & admittuntur etiam ad Decurionatum *l.* 3. §. *spurios ff. de Decurion.*, & Mediolani filius legitimus illegitimi non repellitur ab ingressu in Collegium DD. Judicum, Carpan. *ad Statut. Mediol. cap.* 414. *vol.* 1. *n.* 46. ibi = *ideo non mirum si Venerandum Collegium admittit filios legitimos, & naturales Bastardorum cum per eos conservetur agnatio*, quod etiam de aliis Italiæ Collegiis, & ordinibus testatur Crescenzi. *dict. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 32., *&* 33.

30 Hinc juxta Cæsarea rescripta, de quibus in Edicto 20. Novembris 1769. *cap.* 1. §. 9. inter personas, *che saranno considerate Nobili* describuntur = I *descendenti legittimi da' figlj naturali nati da* Padre *Nobile come sopra, e libero, e da Madre libera, qualora i detti figlj naturali siano stati legitimati, o per susseguente matrimonio, o almeno per rescritto del proprio Sovrano, e che questi ultimi sieno stati allevati da' loro Padri nobilmente, e che nè essi, nè i loro discendenti abbiano degenerato.*

31 Quamobrem cessat etiam aliud objectum, quod forte deficiat vocatio legitimi ex illegitimo quando agitur de Testatore Nobili, seu Magnate, cui plena manu responsum fuit in præcitatis Nov. Allegationibus *supra pag.* 150. *num.* 129. *ad* 153., quibus addimus de Luca *de fideicom. dis.* 68. *num.* 8.; & Ascevolini *apud* Polit. *de fideicom. disc.* 77. *n.* 78., ubi dicit exulare objectum, si legitimatus restitutus sit ad honores, & *n.* 46. *ad* 50., ubi tale objectum inter fabulas recenset.

32 Nec dissimili passu ambulat alius evulgatus articulus vocationis descendentium masculorum licet proveniant ex fœmina, in quo, seclusa agnationis contemplatione, certum est cessante concursu masculorum ex masculis in subsidium venire etiam masculos ex fœmina, prout sæpius decidit Excmus Mediolani Senatus.

Quin

33 Quin possit afferri aliquod discrimen notatu dignum dicendo fortasse cum Castil. *in cap.* 103. *n.* 22. *lib.* 5. masculum ex fæmina admitti ex præsumpta Testatoris mente, quod est petere principium, & supponere quod est in quæstione pro decisione ipsius quæstionis, vel forsan dicendo quod filius considerari nequeat precisive a persona Patris, quia sine Patre esse non possit; etenim respondemus masculum ex fœmina pariformiter sine matre esse non posse, vel demum dicendo quod in medio fœmineo sit vitium accidentale tantum; in medio autem illegitimo sit reale.

34 Nam ultraquamquod qualitas non legitimæ nativitatis est res, quæ non extenditur ad legitimum nepotem, & est res sistens in persona, nec inficiens lineam Paleot. *denoth. cap.* 53. *sub num.* 5., & masculus veniens ex fœmina quo ad masculinam descendentiam a Testatore volitam, non minus quam legitimus ex illegitimo, dicitur venire ex radice infecta Tondut. *quæst.*, *& resol. civil. cap.* 24. *n.* 7., potius est quid reale descensio a fœmina, accidentalis vero est filiatio naturalis non afferens discrimen quo ad naturam, juxta quam unicus in utroque casu est, & identicus propagationis modus Auth. *quib. mod. natur. effic. legitimi* §. *si quis sane versic. Neque enim* Cyriac. *contr.* 209. *n.* 9., Paleot. *de noth. cap.* 47. *n.* 4. ibi = *honesta quidem ratione illegitimos, tamen quo ad naturam, quæ nequit unquam aboleri filios dici*. Picenard. post Sadarin. *resp. unic. n.* 29., unde ait Cyriac. *tom.* 2. *fol.* 1115. *litt. D.* = *Legibus nondum scriptis liberi omnes fuerunt conditionis ejusdem, non alii naturales, alii legitimi*, & Eugen. *conf.* 52. *n.* 56. *tom.* 1. inquit, quod legitimus jure naturæ quilibet est, Tiraquel. *de Nobilit. cap.* 15. *n.* 35., Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 10. *num.* 6., Raudens. *de analog. cap.* 36. *num.* 65., Marzar. *conf.* 9. *versic. & jure naturali*, Crescen. *trattato di Nobiltà lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 17.

35 Hinc Pater tenetur naturalem filium alere, Covaruv. *de matrim. part.* 2. *cap.* 8. §. 6. *n.* 1. *ad* 10., Mastris. *decis.* 85. *n.* 1. 35., *& seq.*, *ac n.* 79., Paleot. *de noth. cap.* 47. *n.* 6., Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 9. *n.* 1. Hinc *parentes naturales in jus vocare nemo potest, una enim est omnibus servanda reverentia* ait, *L.* 6. *ff. de in jus vocand.* Hinc dispositio *LL. cum avus & cum acutissimi* loquentium de filiis legitimis, extenditur etiam ad naturales *L. generaliter* §. *cum autem Cod. de institut. substit.*, *& restit. sub condit. fact.* Hinc filia naturalis a Patre dotari debet juxta suum statum, Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 1. *n.* 77., Covaruv. *de matrim. part.* 2. *cap.* 8. §. 6. *n.* 11. Prat. ad Pascal. *de patr. pot. part.* 2. *cap.* 2. *versic. quæstio tamen*.

36 Immo fortiorem credimus urgere causam in legitimo ex illegitimo, qui Avo, cæterisque ascendentibus paternis verum habet sanguinis participium, & quidem melius, quam Nepotes ex filia, qui

qui non sunt de generatione Avi materni juxta communem Sententiam Philosophorum, & Physicorum, scilicet, Matrem, ad instar telluris dumtaxat semen suscipere, & nutrire. Menoch. *cons.* 172. *num.* 25. *ad* 28., Barbos. *in l.* 1. *part.* 1. *sub num.* 97. *ff. soluto matrim.*, Guttierez. *qu. canonic. lib.* 16. *cap.* 6. *n.* 17., Matienz. *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 5. *recompilat. in rubric. glos.* 1. *num.* 198., quapropter masculus ex fœmina sanguinem a Patre suo trahens minus habet derivationis ab ascendente matris, & ideo masculus ex fœmina non retinet matris familiam, nomen nec insignia prout hæc omnia retinet filius naturalis, ejusque legitimus descendens, ut supra vidimus, sicuti in casu nostro retinuisse agnationem patet etiam ex facto Antecessorum, qui tamquam agnati proximiores sanguine juncti in sequelam dispositionis Senatus Excellentissimi concurrerunt ad integrandam personam, & contractus descendentium a communi stipite, & consensum præstiterunt alienationibus bonorum hujus fideicommissi, prout animadversum fuit in facto num. 139.

37 Nec alia est ratio cur vocatis masculis descendentibus, ubi agnatio contemplata non sit, cessante concursu masculorum ex masculis, veniat masculus ex fœmina, nisi quia in eo utcumque descendat a fœmina verificatur quod sit descendens, quod sit masculus. Fusar. *cons.* 19. *num.* 20.

38 Atqui vocatis descendentibus legitime natis pariter in legitimo, utcumque descendat ab illegitimo, verificatur quod sit descendens, quod sit legitimus; igitur nullum discrimen; etenim ad intentum non alia probatio exigitur, nisi quod concurrant qualitates a Testatore requisitæ Palma *alleg.* 120. *num.* 4., & 13., & valet argumentum: verificantur verba, verificantur qualitates volitæ a Testatore, ergo aperte verificatur dispositio quemadmodum innuunt mox laudatus Palma *alleg.* 256. *num.* 16. Decian. *respons.* 33. *num.* 120. *lib.* 5. Altograd. *contr.* 72. *num.* 47., Cephal. *cons.* 103. *num.* 17. Actolin. *resol.* 61. *num.* 24.

39 Sic in jure patronatu saltem deficiente legitimi masculi concursu succedunt illegitimi, Farinac. *decis. select.* 319. *num.* 14., Rota *decis.* 126. *num.* 1. 3., & 5. *part.* 1., Vivian. *de jur. patron. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 28., fortius vero legitimi ex illegitimis, idem Vivian. *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 24. Rota post Vivian. *decis.* 45. *num.* 6. 10., & 13., Ancharan. *cons.* 355. *n.* 2. Rota *decis.* 361. *num.* 28. *part.* 4. *tom.* 2., Marta *de succes. legal. part.* 2. *qu.* 4. *art.* 5. *num.* 57. Card. de Luca *de jur. patron. disc.* 37. *num.* 4., & 5., Navar. *tit. de jure patron. cons.* 4. *n.* 1. Guttierez *cons.* 3. *n.* 13., Rota coram Justo *in Januensi jurispatr.* 18. *Aprilis* 1608. Gonzalez *sup. regul.* 8. *Cancell. glos.* 5. *n.* 115. *ad* 122.

40 Sic in emphiteusi Ecclesiastica, solet Ecclesia admittere legitimos ex illegitimis, Altimar. *de nulit. contr. rubr.* 1. *part.* 2. *qu.* 18. *num.* 187., & 188. *tom.* 2. *fol. mihi* 127., ubi quod fœminæ etiam remotiores non admittuntur nisi defectis masculis, Caldas Pereir. *de nominat. ad emphiteus.* §. 4. *qu.* 19. *num.* 76.

adeout

adeout etiam in emphiteusibus, & Feudis Ecclesiasticis concessis ante Bullam S. Pii V. 27. Januarii 1571., in nostra regione succedere quoque debeant ipsi illegitimi, ut moderando dictam Bullam, conventum fuit in *cap.* 3. *Concordiæ jurisdictionalis* 2. *Junii* 1615. impress. inter Ordines Senatus pag. 212. Annotat. *ad N. C. tit. de jure emphit. pag.* 115.

41 Neque dissentit Pelaez a Meres *de major. hispan. part.* 2. *qu.* 2. ubi docens *n.* 1. *ex l.* 40. *Tauri*, excludi a Majoratibus hispanis descendentes illegitimos, postquam adduxit fundamenta pro admittendis legitimis ex illegitimis, ut videre est n. 31. ad 80. fundamenta pro eis excludendis a num. 80. ad 132. fatetur ingenue, quod praxis est in contrarium, nam *n.* 232. *versic. quæ si vera est* interrogat per præcisa = *quid erit dicendum DE PLURIBUS Nobilibus hujus Regni, qui possident Majoratus licet descendant ex non legitimo coitu?*

42 Additur circumstantia, quod agitur de descendente ex naturali, non autem ex spurio, in qua thesi convenit cum assumpto nostro etiam decisio 467. Palm. Nep. revocataria *decis.* 181. ejusdem Palmæ, ut videre est in eadem *decis.* 467. *sub num.* 221. ibi = *Omnes fatentur legitimatum, ejusque prolem legitimam, deficientibus vere legitimis, in subsidium esse successionis fideicommissariæ capacem, spurium autem ejusque liberos etiam legitimos omnes negant.*

43 Jungitur alia circumstantia promanans, ex quo non adest positiva exclusio illegitimorum, a qua conjicere possimus hosce in odio testatori fuisse, sicque conforme esse potuit ut legitimus præferatur non autem ut illegitimus excludatur, prout ad casum ex deficiente illegitimorum exclusione argumentantur Mans. *sub num.* 23. *d. consult.* 297., Palma *decis.* 181. *num.* 107., Gob. *decis.* 9. *n.* 30.

44 Tertiam præbet duplex, seu triplex gradus legitimus post illegitimum, nam si præmissa operatur subsequens unicus legitimitatis gradus, plus etiam operari debebit si is fuerit geminatus & fortius si Descendentes de facto admissi fuerint ad Cætus nobiles, ad Decurionatum, ad honorificentiora munera Patriæ, & ad ipsum Ordinem Hierosolymitanum, prout evenit in casu nostro.

45 Hactenus dicta procedunt in supposito, quod agatur de Testatore adjicente vocatis per nomen collectivum qualitatem legitimitatis, at quid dicendum in nostro casu ubi legitimitas in ingressu proposita in progressu semper est ommissa, sicque urget regula repetitionis exclusiva de qua plene *supra pag.* 3. §. *prima igitur*, & *pag.* 25. §. *ad infringendas*, & *pag.* 50. *num.* 98., & *pag.* 138. *num.* 68., & *seqq.* quibus addi possunt Gob. *consult. dec.* 9. *num.* 49., ubi plures, Politi *de fideic. differt.* 65. *num.* 18. *disert.* 76. *n.* 2., Ascevolini apud Politi *de fideicom. disc.* 77. *num.* 43., & 44. de Luca *de fideicom. disc.* 43. *n.* 4., & 5., *disc.* 231. *n.* 10, Rodulfin. *de fideicom. disc.* 77. *num.* 4., Picenard. *post Sadarin*

darin. resp. unic. num. 87., Bonfin. *de fideicom. disput.* 14. *n.* 5. *ad* 11.

46 Quid ubi nullæ urgent conjecturæ pro repetitione?

47 Quid ubi urget in contrarium discretivus loquendi modus?

48 Quid ubi est geminatus immo triplicatus? *quasi connotet id non fuisse inadvertenter actum* ut in puncto notat Politi *de fideicom. disert.* 71. *num.* 13.

49 Quid ubi in conditionali latius patente, & concepta per verba universalia negativa (de quibus optime Peregrin. *art.* 25. *num.* 14.) nulla legitimitas apponitur, & superflua immo masculinitatis qualitas exprimitur? Politi *disert.* 75. *num.* 5. = ibi =, *in vocatione subsequenti filiorum ex filiis expressit solam qualitatem masculinitatis* = ibi = & cujuslibet eorum filii masculi = *consequitur aliam qualitatem nativitatis ex matrimonio consulto ommisisse Surd. &c.* Ascevolini apud eundem Politi *de fideicommis. disert.* 77. *num.* 45. = ibi =, *& crescit vis argumenti quia cum prius mentionem fecisset de filiis masculis, ac legitimis & naturalibus, postea qualitatem masculinitatis, quam semper voluit in omni loco expressis verbis repetivit, qualitatem legitimitatis ommisit, unde magis diversa voluntas colligitur ut optime Rota &c.*

50 Quid ubi repetitioni legitimitatis in conditionali resistit alia regula excludens repetitionem assertæ tacitæ repetitionis in dispositiva, de qua *supra pag.* 81. *num.* 68., *&* *pag.* 142. *num.* 85., *& seq.* ad 87.? quibus addi possunt Politi *de fideicom. disert.* 61. *num.* 26., *disert.* 62. *num.* 16., *&* 17., *disert.* 66. *num.* 24., *disert.* 72. *n.* 20. *disert.* 74. *n.* 20., *& disert.* 75. *n.* 2.

51 Quid ubi, (sunt verba Politi *de fideicom. disert.* 73. *num.* 30.) *examinando statum præsentis judicii, quod ex diuturno silentio, in quo neglectum jacuit per spatium quinquaginta pene annorum, aliquam sane traxit mali juris præsumptionem in actore a somno tam profundo impressam*?

52 Et quanto iterum fortius in casu quo nullum alium concurrentem Agnatum habemus? Gob. *consult. decis.* 9., ubi ita refert a Senatu Mantuæ decisum; en ejus verba a n. 36. a 39.

53 *Urget insuper quod de tempore purificatæ conditionis non apparet alium extitisse agnationis, & familiæ Gropellæ de Mantua natum, & procreatum de legitimo matrimonio, & juris est indubitata conclusio, quod cessante concursu legitimorum, saltem novissimo loco, ne dum legitimatus, sed etiam naturalis admittitur ad fideicommissum pro agnationis conservatione relictum ad tex. in l.* 3. §. *spurios ff. de decur., & in individuo tradiderunt scribentes in l. ex facto* §. *si quis rogatus ff. ad Trebel., & præcipue Imol., Alex., Rip., & post eos Ruin., & Socin. Sen., Pancirol., Gamma, Giovagnon., Mantic., Decian, aliisque relatis Manent., Palma, Fusar. Rot. Rom., ac demum Urceol.*

54 *Ex eo quidem fortius concurrente hic enixa Testatoris voluntate perpetuo, ac integraliter conservandi bona in familia, & agnatione*

Gro-

Gropella, ut in terminis decidunt Mazzol., Becc., Urceol., Menoch. juxta quod fuit judicatum per Senatum Montisferrati contra aliud conf. Manent. 135. *in eadem causa editum teste eod. Manent. in quodam conf. per eundem impresso in causa Besolda, in qua scripserunt Bardel. conf.* 195., *& Cyriac. contr.* 118., *dum idemmet Manent. in eodem Senatu resideret.*

55 *Ex hoc quippe validum deducitur argumentum, quod si Testator fuisset interrogatus an in defectu natorum de legitimo matrimonio, vocando magis nobilem, & magis dignum voluerit admitti legitimatum aptum conservare familiam, & agnationem, quemadmodum utique affirmative respondisset, ita pro dispositione haberi debet, ut in puncto arguit Menoch. in præcitat. conf. fin. num.* 27., *Giovagnon. conf.* 21. *n.* 11., *&* 12. *lib. pr., & ibi Talia in ejus decis. n.* 17., *&* 37. *Urceol. d. consult.* 57. *num.* 41.

56 In eadem sensa convenit Eminentiss. de Luca etiam in casu quod adsit ulterior classis substitutorum, & agatur de transitu de linea ad lineam, ut in *disc.* 68. *de fideicommiss. num.* 6. *ad* 8., cujus verba non piget rescribere.

57 *Tertius punctus quæstionis in genere an filii legitimati per rescriptum tam in parte dispositiva, quam in conditionali venirent in hujusmodi dispositionibus, pariter modicam habuit disputationem, quoniam ubi non agitur de concursu cum legitimis, & naturalibus per veritatem ejusdem generis, vel substitutionis gradus, sed agitur de transitu de linea ad lineam, seu de uno substitutionum gradu ad alterum, aut cum contendentibus de expiratione fideicommissi, & libertate bonorum, itaut supponere oporteat totalem defectum lineæ, seu generis primo vocati, & tunc, non refragante Testatoris voluntate continente restrictionem ad vere legitimos in constantia matrimonii procreatos, juxta casum, de quo in Romana de Arroniis coram Bichio decis.* 105. *part.* 9. *rec., receptum est hujusmodi legitimatos succedere in fideicommissis, & sin venire etiam in parte dispositiva, multo magis, ac indubitanter ad impediendam purificationem partis conditionalis ex late congestis per Eugen. conf.* 52. *lib.* 1., *Laderch. conf.* 23., *Giovagn. conf.* 21. *lib.* 1., *Fusar. quæst.* 408., *Capyc. Latr. decis.* 3. *n.* 24. *cum sequen., & hanc opinionem perpetuo tenuit Rota antiqua, media, & moderna, ut apud Seraphin. dec.* 880. *decis.* 388. *part.* 1. *rec. decis.* 100. *p.* 5. *decis.* 241. *par.* 9. *Romana fideicommissi de Grifonibus coram Dunozetto inter suos decis.* 981. *repetit. dec.* 28. *post Zuffum, & frequenter in aliis, cum solum dificultas cadat ubi concursus esset cum vere legitimis ejusdem generis, ut advertitur in Romana fideicom.* 8. *Junii* 1654. *coram Verospio, inhærendo antiquæ magistrali decisioni in Civitate Castelli bonorum* 17. *Augusti* 1593. *coram Robusterio.*

58 *Et licet DD. distinguere soleant, seu dictam conclusionem limitare, quando ageretur de dispositione ordinata per honestam matronam, seu aliam personam nobilem, aut bene morigeratam verisimiliter abhorrentem hujusmodi illegitimos in peccato genitos, ut patet ex re-*

relatio per Fusar. *ubi supra*, *&* Giovagnon. *d. conf.* 21., *ideoque nostri in hac materia nimium se involvunt*, *attamen revera id nullam habet certam*, *&* *determinatam regulam generalem*, *sed pariter decisio pendet a singulorum casuum particularibus circumstantiis verisimilem Testatoris voluntatem suadentibus*; *Unde propterea videmus quod* Rota *in d. decis.* 241. *part.* 9. *rec. admisis hujusmodi conclusionem etiam in Testamento nobilis*, *&* *honestæ matronæ*.

59 *Inter dictas vero circumstantias illa potissimum pro meo judicio*, *primum locum obtinere debet resultans ex more regionis*, *quo attento videmus in una naturales etiam legitimatos abhorreri*, *ac haberi pro vilibus*, *&* *neglectis*, *in altera vero nihil*, *vel parum differre a legitimis*, *immo etiam inter Nobiles*, *ac jure nobilium de facto censeri*, *ut præsertim in hac regione*, *in qua*, *ut in pene centum causis expertus sum*, *mos est vocandi etiam illegitimos cum solo ordine prælationis legitimorum*, *ideoque ubi præsertim agitur de fideicommissis agnatitiis*, *&* *pro conservatione bonorum in familiis Nobilibus*, *itaut licet fiat transitus de uno genere ad alterum*, *puta de familia effectiva ad contentivam*, *vel de contentiva proxima ad contentivam remotam*, *unde agatur de continuatione fideicommissi*, *&* *bonorum in eadem familia*, *tunc*, *si de more regionis illegitimi quamvis legitimati per rescriptum de illa non reputantur*, *neque admittuntur ad honores*, *&* *præeminentias quibus legitimi de familia gaudent*, *tunc fideicommissum pro agnationis conservatione ordinatum non urgentibus contrariis conjecturis*, *eodem jure regulandum videtur pro hujusmodi legitimatorum exclusione*.

60 Convenit quoque Politi *de fideicom. diser.* 72. *num.* 41. *ad* 45., ibi =

61 *Omni in casu negamus inde sequi*, *quod in concursu naturales excluderent semper*, *&* *indistincte legitimos quandoquidem metiendo voluntatem Testatoris a juris dispositione*, *intraret ordo prælationis favore legitimorum in eadem linea Gonzalez ad regul. oct. Cancell. Gloss.* 5. *sub num.* 124. *vers. nec non cæteris Castill. contr. jur. lib.* 5. *cap.* 67. *num.* 31. *vers. tertio comprobatur*. *D. Advocat. Piton. in Parergon. ad discept. Eccles. sub num.* 8. *versic.*, *&* *tunc*, *&* *sub num.* 13. *vers. nam cum*, *eo prorsus modo*, *quo dispositum habemus in fæminis*, *quæ juxta magis communem*, *&* *receptam opinionem veniunt sub nomine filiorum in fideicommissis*, *aliisque dispositionibus ordine præpostero post masculos in qualibet linea Redenasch. cons.* 10. *num.* 84., *&* 85. *lib.* 1. *Venturin. cons.* 48. *ante num.* 85. *versic. nam respondetur*, *Mans. consult.* 76. *num.* 18. *tom.* 9.

62 *Diximus in eadem linea*, *quoniam sicuti concurrente filio naturali*, *&* *filio legitimo*, *istum cæteris paribus alteri præferendum fore jus statuit*, *&* *Testatorem sic voluisse præsumitur*, *ita sine nota cujuscumque absurdi*, *naturalis unius lineæ*, *vel possiditricis*, *vel proxi-*

proximioris bene potest excludere legitimum diversæ lineæ in subsidium invitatæ Garz. de Benefic. part. 7. cap. 15. num. 47., & 48. Noguerol. allegat. 25. n. 94. cum seqq., & rursus n. 100., & 107., Adden. ad Molin. lib. 1. cap. 4. num. 44 versic., quod amplia D. Piton. in Parergon. ad discept. sub num. 8. versic. in pari gradu Rot. cor. Cerr. decis. 112. n. 8., cor. Emeriz. decis. 82. sub n. 4. versic. tum, & fortius, & in rec. part. 4. tom. 2. decis. 361. n. 27., & 28.

63 *Atque sub hac distinctione sublatum omnino censemus tum objectum, quod re versante in ancipiti, præsumptio esset contra naturales, & ad favorem substituti legitimi, quoniam id procederet ubi ambo ad conflictum venirent ex una, eademque linea, secus ubi legitimus ex linea posteriore contendat adversus naturalem in linea proxima, vel possiditrice existentem, quo in casu sumenda potius venit interpretatio ad favorem naturalium, erga quos certa cadit affectio naturalis Testatorum, Gonzalez ad regulam oct. Cancell. Gloss. 5. sub num. 27., Garz. de benef. part. 7. cap. 15. sub n. 53., Rot. post discept. 53., Piton. sub num. 35., quam favore legitimi, qui pro se non haberet voluntatem Testatoris absolutam, sed quidem conditionalem, utpote patientem omnes omnino conditiones ejus substitutioni adjectas, & ab illo perfecte, concludenterque probandas, de Luc. de judic. disc. 2. n. 17., & 18., Rot. part. 10. decis. 270. num. 3.* =

64 Quæ cum ita sint, etiamsi nobis deessent tot alia validissima argumenta, quæ dilucidum jus D. Marchionis Trivulti in tuto constituunt, hactenus deducta pro admissione legitimi ex illegitimo profecto sufficerent, ideoque eo magis non dubitamus quin a Senatu Excell. sit decernendum juxta in actis petita; quod &c.

Jo: Baptista Mazzucconus J. C., & C. C.
Gaspar Valesius J. C., & C. C.

NOMINA

Præstantissimorum J. C. C., qui in causa anni 1697. scripserunt, & pugnarunt adversus Marchionem Theodorum alias Georgium TRIVULTIUM ejusque successionem ad Primigenium conditum a Comite Joanne Trivultio testamento diei 17. Junii 1548. in discrimen vertere contenderunt.

PRO ILL. PRINCIPE DON SIGISMUNDO ESTENSI

CAROELLUS Aloysius exinde Senator, & Regens.
BONDENUS Vincentius Senator Ducalis Mantuæ, mox Præses Senatus Montisferrati.
MANSI Aloysius, cujus scripta in hac causa videri possunt inter ejus Consultationes *tom.* 5. *consult.* 453. *ad* 462.
BENIGNUS Franciscus.
DE NIGRIS Hieronymus.
☞ Et ii sunt, qui de mala defensione causæ ex Adverso accusantur.

PRO D. PRINCIPE GALLIA TRIVULTIO

FULLUS Joseph Maria.
ARRIGONUS Petrus Paulus fil. Jacobi.
CABIATUS Joannes Evangelista.
RUBINUS Petrus Jacobus, postea Senator, & Regens.

PRO D. CAPITANEO CAROLO TRIVULTIO

ET EO DEINDE, PENDENTE LITE, FATIS CESSO.

PRO DON CAROLO FRANCISCO MOLES EJUS NEPOTE

VICECOMES DE ARRAGONIA Galeatius J. C. Coll. Mediol.
MUTTONUS VICECOMES Christophorus.
TRENTA Carolus.
ARESINUS Joseph Maria, exinde Senator.

THESES

THESES

Prae caeteris propugnatae in scriptis editis occasione Judicii anni 1697. adversus Marchionem Theodorum Georgium TRIVULTIUM.

I.

Legitimitatis qualitatem a Testatore in nonnullis gradibus expresse adjectam, ubique intelligi debere repetitam, & etiam in conditionali = *ubi nulli reperirentur Agnati masculi* (1).

II.

Continuationem, & conjunctionem verborum importare repetitionem legitimitatis etiam in dicta conditionali = *ubi nulli reperirentur Agnati masculi* (2).

III.

Nec illam conditionalem includere Personas diversas a praecedenter vocatis (3).

IV.

Geminationem, seu triplicationem verborum exprimentium *legitimitatem* praeseferre odium, & exclusionem illegitimorum etiam legitimatorum (4).

V.

Pronomen *alium*, quo usus est Testator in substitutione primogenitorum Haeredis importare similitudinem, & repetitionem legitimitatis (5).

(1)

VICECOMES de Arragonia in alleg. incip. *Comes Joannes Trivultius* §. *Rursus observandum*, & *seqq.*

BENIGNUS in Prec. incip. *Habet prae oculis* §. *Agnoscens*, & *seqq.*, & in alleg. incip. *Neque nova* §. *Primo namque*, & *seqq.*

ARESIN. in allegat. incip. *Neque ex persona* §. *Caeterum*, & *seqq.*

CABIATUS in alleg. incip. *Quoniam* §. *Loquendo enim*, & *seqq.*

FULLUS in alleg. incip. *ad demonstrandum* §. *Quod attinet*, & *seqq.*

CAROELL. in alleg. incip. *In aliis allegationibus* §. *Verum*, & in precibus incip. *Desumens* §. *Caeterum*, & *seqq.*

(2)

CAROEL. in alleg. incip. *in aliis allegat.* §. *Et licet ac seq.*

DE NIGRIS in alleg. incip. *Quales spicas* §. *Nec dubitandum.*

(3)

DE NIGRIS in alleg. incip. *Quales spicas* §. *Verum neque.*

(4)

ARESIN. in alleg. incip. *Neque ex persona* §. *Sexto quia* §. *Vocavit Joannes*, & *seqq.*

CABIAT. in alleg. incip. *Quoniam* §. *Colligimus secundo*, & §. *Confert. sexto.*

(5)

ARESIN. in alleg. incip. *Neque ex persona* §. *Rursus deveniendo.*

VI.

VI.

Clausulas *ut supra* = *successivè* = *&* = *in infinitum* = *ordine quo supra* repetere qualitatem legitimitatis superius expressam (6).

VII.

Ommissam fuisse etiam in *Primogenito Agnatæ* dictam qualitatem legitimitatis, eamque additam in *filio* hujus Primogeniti; hinc subintelligendam etiam in Primogenito Agnatæ (7).

VIII.

Sub vocatione *Agnati proximioris legitimi* venire omnes Agnatos, & sic omnes debere esse legitimos (8).

IX.

Verbum *Agnati* esse nomen *civile*, non *naturæ*, ideoque *civiliter* intelligendum, & sub eo naturales non contineri, cum in verbis naturæ veniant naturales, secus in civilibus (9).

X.

Non data repetitione sequeretur absurdum, quod remotior esset melioris conditionis, quam proximior (10).

XI.

Sequeretur pariter aliud absurdum, scilicet vocationis *filii naturalis ex Agnata* (11).

XII.

Ad evitandum hoc absurdum suppleri debere, seu subintelligi qualitatem legitimitatis omissam in voca-

(6)

ARESIN. in alleg. incip. *Neque ex persona* §. *In primogenito*, *&* §. *Tertio quia* § *Octavo quia* §. *Respondetur tertio*, *& seqq.*

CAROELL. in precibus incip. *Desumens* §. *Quatenus ergo* §. *Sed ulterius*, & seqq. §. *Cæterum ubi placeat* §. *Urget autem* §. *Primo enim*.

CABIAT. in alleg. incip. *Quoniam* §. *Id quod*, *& seqq.* §. *Evincit secundo*.

FULL. in alleg. incip. *Ad demonstrandum* §. *At ad hoc*.

(7)

CABIAT. in alleg. incip. *Quoniam* §. *Sed quorsum exquirimus*.

(8)

CAROELL. in prec. incip. *Desumens* §. *Addo ego*, *& seqq.*

(9)

ARESIN. in allegat. incip. *Neque ex persona* §. *in eo casu Testatorem*.

CABIAT. in alleg. incip. *Quoniam* §. *Demum minus*, *&* §. *Similiter*.

(10)

ARESIN. in alleg. incip. *Neque ex persona* §. *Secundo quia*.

(11)

CAROELL. in precibus incip. *Desumens* §. *Urget etiam*.

ARESIN. in alleg. incip. *Neque ex persona* §. *Ubi nulli*.

CABIAT. in alleg. incip. *Quoniam* §. *septimo secluso etiam*.

FULL. in alleg. incip. *Ad demonstrandum* §. *Voluit ne*, *&* §. *Cæterum ut revertar*.

vocatione primogeniti ex Agnata; ergo pariformiter supplendam esse in aliis gradibus (12).

XIII.

Aliud etiam sequeretur absurdum, nempe Testatorem cogitasse de filio legitimo ex *Agnata illegitima* (13).

XIV.

Supplendam idcirco esse etiam in *Agnata* omissam qualitatem legitimitatis, ergo &c. (14)

XV.

Qualitatem *masculinitatis* expresse repetitam in conditionali non excludere repetitionem legitimitatis (15).

XVI.

Nobilitatem Testatoris esse argumentum exclusionis illegitimorum, & substitutorum ad text. in *l.* 17. §. *si quis rogatus ff. ad treb.*

XVII.

Majoratum, & Primigenium suapte natura excludere legitimatos (17).

XVIII.

Primigenia esse materiam *diferentem*, & *specificam* suapte natura abhorrentem admissionem legitimatorum (18).

XIX.

Id etiam confirmari ex opulentia Patrimonii Testatoris (19).

XX.

Fortius si Primigenium fuerit conditum a Transversali (20).

XXI.

(12)
CABIAT. in alleg. incip. *Quoniam* §. *septimo seclusio*.
FULLUS in alleg. incip. *Ad demonstrandum* §. *& incipiendo*, *& sequent.*, *&* §. *non negabunt*.

(13)
ARESIN. in alleg. incip. *Neque ex persona* §. *Septimo admittendo*, *& seqq.*

(14)
FULL. in alleg. incip. *ad demonstrandum* §. *est siquidem*, *&* §. *cæterum ut revertar*, *& seqq.*

(15)
FULL. in alleg. incip. *ad demonstrandum* §. *e contra quia*.

(16)
VICECOMES DE ARRAGONIA allegat. incip. *Comes Joannes Trivultius* §. *Observandum erit*.
ARESIN. in alleg. incip. *Neque in persona* §. *Quo ad dignitatem*, *& seqq.*
CAROELL. in prec. incip. *Desumens* §. *Hinc superfluum*.
CABIAT. in alleg. incip. *Quoniam* §. *illud equidem*.

(17)
ARESIN. in alleg. incip. *Neque ex persona* §. *Quo ad voluntatem*.
CAROELL. in prec. incip. *Desumens* §. *Communis est*.
CABIAT. in alleg. incip. *Quoniam art.* 3. §. *prædicta omnia*, *&* §. *in vocatione*.

[18]
CABIAT. in alleg. incip. *Quoniam* §. *illud equidem*.

[19]
ARESIN. in alleg. incip. *neque ex persona* §. *quod si præmissis*.

(20)
ARESIN. in alleg. incip. *Neque ex persona* §. *Quod si in*.

(21)

ARRIGON. in alleg. incip. *Comes Joannes* §. *Idque fortius stringit* .

CABIAT. in alleg. incip. *ad demonstrandum* §. *voluit innuere* .

DE NIGRIS in alleg. incip. *Quales spicas* §. *ex vi*, *& seq*.

[22]

ARESIN. in alleg. incip. *ex persona* §. *accedat rigorosa*.

(23)

ARRIGON. in alleg. incip. *Comes Joannes* §. *Secundo dicitur*.

[24]

BONDEN. in alleg. incip. *Quo latiori* §. *Vel quia*, *& sequ*.

MANSI in alleg. incip. *Nulla sane provisio* §. *Modo obicem*, *& seqq*.

IDEM in alleg. incip. *Uberrimum sane* §. *Verum hujusmodi*

DE NIGRIS in alleg. incip. *Quales spicas* §. *Prosequendo autem*, *& seqq*.

ARESIN. in alleg. incip. *Neque ex persona* §. *Respondetur primo* .

FULL. in alleg. incip. *Ad demonstrandum* §. *Quo ad alia*, *& seqq*. *&* §. *Hinc autem*, *& seqq*.

CAROELL. in alleg. incip. *Redit iterum* §. *Nec posset*, & in precibus incip. *Desumens* §. *Verum quia in hac*, *& seqq*. §. *Hoc autem*, *&* §. *Cum ergo* .

(25)

BENIGN. in precibus incip. *Habet præ oculis* §. *Ex his habet*, *& seqq*.

(26)

BENIGN. in precibus incip. *Habet præ oculis* §. *Utatur Marchio* .

CAROELL. in precibus incip. *Desumens* §. *& licet*, *& seqq*.

CABIAT. in alleg. incip. *Quoniam inter art*. 1.

XXI.

Verba *meum* , *& mihi in gradu proximiorem* a Testatore usurpata in vocatione Agnati proximioris non comprehendere nisi eos, qui sint de vera agnatione, & tales de tempore testamenti (21)

XXII.

Ex prohibitione qualificata alienationis, neque ad effectum se redimendi a captivitate argui pariformiter exclusionem illegitimorum (22)

XXIII.

Clausulam conservationis bonorum in *dictos institutos* , *& substitutos ut supra* restringere dispositionem, ad personaliter institutos, & substitutos. (23)

XXIV.

Verba, *& ubi nulli reperirentur Agnati masculi* non importare vocationem (24)

XXV.

Nec dicta verba comprehendere Agnatos tales effectos per legitimationem (25)

XXVI.

Utramque legitimationem Pauli Alexandri in simplicem *dispensationem* resolvi (26)

XXVII.

(27)
CABIATUS in alleg. incip. *Quoniam* §. *Eo adducit.*

(28)
CAROELL. in precibus incip. *Desumens Marchio* §. *Quatenus Testator*. Versic. *Talis siquidem*, *&* §. *Talis ergo*, *&* *seqq.*
ARESIN. in alleg. incip. *Neque ex persona* §. *Ultraquamquod*, *&* *seqq.* *&* §. *Quod si in*.

(29)
BENIGN. in precibus incip. *Habet præ oculis* §. *Retenta hac distinctione*, *&* *seqq.*
CAROELL. in precibus incip. *Desumens* §. *Illud enim*, & seqq. & §. *Cæterum*, *&* *seqq.*
ARESIN. in alleg. incip. *Neque ex persona* §. *Quæstionem hanc & seqq.*

(30)
BENIGN. in precibus incip. *Habet præ oculis* §. *Nec est verum*.

[31]
BENIGN. in precibus incip. *Habet præ oculis* §. *Et ubi fas esset*, *&* *seqq.*

(32)
VICECOMES DE ARRAGONIA in alleg. incip. *Comes Jo. Trivultius* §. *Nec dicatur*.
CAROELL. in Prec. incip. *Desumens Marchio* §. *Quatenus Testator*.
FULL. in alleg. incip. *ad demonstrandum* §. *Adsunt exempli gratia*.

XXVII.

Si fideicommissum Com. Joannis expirasset in Com. Joanne Jacobo, Paulus Alexander vigore clausulæ restrictivæ succedere non potuisset in bonis D. Com. Joannis, Ergo &c. (27)

XXVIII.

Dictam clausulam restrictivam respectu successionis paternæ relinquere legitimatum in statu *extraneitatis*, ideoque respectu transversalium non esse Agnatum legitimum, iisdemque *non agnasci* (28)

XXIX.

Et etiamsi legitimatus *Agnatus* effectus fuerit quo ad Patrem, non id tamen verificari respectu Agnatorum transversalium, qui non interfuerunt, nec consenserunt legitimationi, juxta disposita in *Stat. Med. cap.* 456. *vol.* 1., & Nov. Const. *tit. de legitimationibus* (29)

XXX.

Nec præmissis obstare subsequens *Stat. cap.* 457. ob illa verba = *si Pater, vel Superior talis legitimati ut supra VIVIT*, *&* *consensum expresse non præstiterit* (30).

XXXI.

Quamvis etiam Paulus Alexander fuisset plenarie legitimatus impedire non potuisset transitum fideicommissi ad Primogenitum Agnatæ, cognatum ejusdem Testatoris (31).

XXXII.

Legitimationem esse fictionem juris, & alchimiam (32).

XXXIII.

Nec Testatorem sensisse de Agnatis per juris misterium, & artificialiter effectis legitimis (33).

(33)
BENIGNUS in alleg. incip. *Neque ex persona* §. *Totus etiam*.

XXXIV.

Obstare exclusionem (*quæ de cætero non verificatur, ut supra in Serie facti pag.* 86. *n.* 9. *& pag.* 97. *n.* 8. Augustini Trivultii vigore sententiæ anni 1576. nec non Catharinæ Trivultiæ filiæ Senatoris Georgii ad normam Sententiæ anni 1633. (34).

(34)
ARESIN. in allegat. incip. *Neque ex persona* §. *Nono quia*.

XXXV.

Obstare itidem March. Theodoro Trivultio Sententiam anni 1576., qua exclusi fuerunt ab hoc fideicommisso *Raphael, & Nicolaus* (35).

(35)
BENIGN. in prec. incip. *Habet præ oculis* §. *Modo levior, & seqq. &* §. *& ubi lis*.
BENIGN. in alleg. incip. *Neque nova* §. *Non nova, & seqq.*
CAROEL. in prec. incip. *Desumens* §. *Sed equidem, & seqq.*
ARESIN. in alleg. incip. *Neque ex persona* §. *Nono quia* §. *Sed rem actam, & seqq.* §. *Ea ratione, & seqq.*
ARRIGON. in alleg. incip. *Comes Joannes Trivultius* §. *Duo tamen*.
CABIAT. in alleg. incip. *Quoniam* §. *Hæcque, & non alia*.
FULL. in alleg. incip. *Ad demonstrandum* §. *Quamquam supervacaneum, & seqq.* §. *Sed quod falcem, &* §. *Alterum quod*.

XXXVI.

Nec officere, quod in eo casu concurrerent alii Agnati legitimi, nunc autem iis omnibus defectis solus existat Marchio Theodorus Trivultius (36)

(36)
BENIGN. in prec. incip. *Habet præ oculis* §. *obicem non præstat, & seqq.*
CAROELL. in prec. incip. *Desumens* §. *Verum Neque*.

XXXVII.

Exclusionem simultaneam *Raphaelis, Nicolai, & Barbaræ*, de qua in dicta Sententia anni 1576. arguere totalem exclusionem illegitimorum, cum in eodem statu considerati fuerint illegitimi, ac fœmina non habens sedem vocationis in fideicommisso Comitis Joannis (37)

(37)
ARESIN. in alleg. incip. *Neque ex persona* §. *Id redditur*.

XXXVIII.

Obstare etiam res judicatas anno 1682. super fideicommisso Gasparis Trivultii (38)

(38)
BENIGN. in prec. incip. *Habet præ oculis* §. *In contrarium*.
ARESIN. in alleg. incip. *Neque ex persona* §. *In causa Theodori*.
ARRIGON. in alleg. incip. *Comes Joannes* §. *Postremus*.
CABIATUS in alleg. incip. *Quoniam* §. *Prout idem*.
FULL. in alleg. incip. *Ad demonstrandum* §. *Sed quod falcem*. Versic. *Alia vero*, & §. *Neque obstat*, & *seqq*.

XXXIX.

Nec aliunde obstare sententiam anni 1680., cum hæc percutiat solum filiationis probationem, non vero qualitatem legitimationis. (39)

[39]
BENIGN. in precibus incip. *Habet præ oculis* §. *Prædictis*.

XXXX.

Legitimum ex illegitimo in hoc Primogenio non esse admittendum. (40)

[40]
VICECOMES DE ARRAGONIA in alleg. incip. *Comes Jo. Trivultius* §. *Reliquum tantum*.
BENIGN. in prec. incip. *Habet præ oculis* §. *Nutat tandem*, & *seqq*., & in alleg. incip. *Neque nova* §. *Observo*.
ARESIN. in alleg. incip. *Neque ex persona* §. *Probato*, & *seqq*.
CABIAT. in alleg. incip. *Quoniam art.* 3.
FULL. in alleg. incip. *Ad demonstrandum* §. *Ad quas jam*.
CAROELL. in alleg. incip. *In aliis allegationibus* §. *In materia successionum*, & *seqq*., & in prec. incip. *Desumens* §. *Unicum remanet*, & *seqq*.

XXXXI.

Neque in subsidium (41).

(41)
CABIAT. in alleg. incip. *Quoniam art.* 2. §. *Ex his redacta*, & *seqq*.

XXXXII.

Fortius dum adsunt ulteriores substituti (42).

(42)
CAROELL. in alleg. incip. *In aliis alleg.* §. *Et tanto fortius*.

XXXXIII.

Legitimum ex illegitimo vix admitti posse in majoratibus Hispaniarum (43).

(43)
CABIAT. in alleg. incip. *quoniam art.* 3. §. *Horum enim*.

Hæc sunt potissimum tela, quæ anno 1697. adversus Marchionem Theodorum Trivultium ab apprime strenuis oppugnatoribus emissa pro viribus sunt & quorum tamen irriti cesserunt ictus per Senatus Consultum ejusdem anni: Eo quippe supremo oraculo pronunciatum fuit ipsum *Marchionem Theodorum, esse ex Agnatis volitis, & ideo ejus favore evenisse casum, ac eidem relaxanda bona NON OBSTANTIBUS DEDUCTIS AB OMNIBUS PARTIBUS* =

Hæc eadem sunt, quæ moderno Marchioni Theodoro, & Fratribus Trivultiis in judicio revisionis ex adverso iterum opponuntur; ergo, dum eadem militant rationum momenta, idem jus statui debet *vulg. l. illud* 32. *ff. ad leg. aquil.*, neque diversum sane poterit esse judicium ipsiusmet Supremi Tribunalis.

Nec quis fortasse objiciat in exacto judicio anni 1697. prætermissam fuisse exceptionem quo ad *FILIATIONEM Comitis Pauli Alexandri*; ideoque de mala causæ defensione antiquos Patrocinatores ex hoc saltem capite redargui posse: quandoquidem id non eorum imperitiæ, aut oscitantiæ est tribuendum, cum cæteroquin obvia esset, nec altæ indaginis, hujusmodi exceptio, si jure ac merito in medium proferri potuisset; optima autem ratione in dubium revocata non fuit prædicta *filiatio*, immo disertis verbis admissa, quia insuperabiliter obstabat sententia in causa status hac super re lata anno 1680. confirmata in concursu omnium interesse habentium in fideicommissis Domus Trivultiæ alia sententia anni 1696., de quibus in *serie facti supra pag.* 87. *n.* 24. *& pag.* 88. *n.* 40. Hinc nefas esse putarunt insurgere adversus res judicatas, & in judicatum transactas; quo circa in hoc sensu adversaria censura in auctores non immerito retorqueri deberet; potissimum e conspectu tot confessionum emissarum etiam in actis præsentis judicii revisionis, quas per extensum refert *series facti supra pag.* 104. *a num.* 162. *ad* 166.

Joseph Antonius Martinelli.)
De la Cruce.) Advocati.
Minalla.)
Vidisertus.)

NOMI-

NOMINA: VIRTUTES: HONORES:

Illustrissimorum DD. PRÆSIDIS, & PATRUM SENATUS Excellentissimi Mediolani, qui intervenerunt Sententiis latis pro Trivultiis.

Nempe

1. Martii 1680.

CEnsuit Senatus . . .

Constarè Paulum Alexandrum de Trivultiis FUISSE FILIUM NATURALEM LEGITIMATUM Com. Joannis Jacobi, & similiter liquere de descendentia Marchionis Alexandri Actoris a dicto Paulo Alexandro ejus Avo, NON OBSTANTIBUS DEDUCTIS.

Evenisse casum totius fideicommissi primogenialis Marchionis Theodori favore Capitanei Don Caroli, & eundem PRÆFERENDUM IN CONCURSU CUM MARCHIONE ALEXANDRO, non obstantibus deductis.

18. dicti mensis Martii 1680.

Censuit SENATUS fideicommissum Comitis Joannis Jacobi Trivultii filii qu. Hieronymi subesse, MARCHIONEM ALEXANDRUM TRIVULTIUM ESSE EX VOCATIS, ILLIUSQUE CASUM EVENISSE IN EJUS PERSONAM.

Subesse pariter fideicommissum Comitis Georgii Trivultii filii præfati Hieronymi, & MARCHIONEM ALEXANDRUM ESSE EX VOCATIS, ILLIUSQUE CASUM ITIDEM EVENISSE IN EJUS PERSONAM . . .

Quibus quidem præcitatis Sententiis 1., & 18. Martii 1680. ad rem consonat alia sequens (1).

14. Martii 1691.

Censuit SENATUS ob mortem Capitanei Don Caroli Trivultii sine filiis, & descendentibus masculis legitimis, EVENISSE CASUM TOTIUS FIDEICOMMISSI PRIMOGENIALIS Marchionis Theodori Trivultii FAVORE MARCHIONIS ALEXANDRI TRIVULTII, NON OBSTANTIBUS DEDUCTIS.

BELLONUS COMES CAROLUS = Vir, qui incorrupti animi, sapientiæ, exploratæ in Principem fidei, utriusque juris scientiæ, pro justitiæ tutela constantissime non vulgaria, sed singularia quidem apertissima edidit documenta = Juris Consultus

(1) Atque hæc lata per septem Illustrissimos PATRES, quorum tres, nempe ERBA, PUSTERLA, & DE LEIZA ERASO hic laudantur, & quatuor laudabuntur opportuniori loco, nempe sub annis 1696., & 1697.

Collegiatus Papiæ = in illa Accademia publicus Vesperarum Legum Interpres = triginta & plurium annorum curriculo Advocatus = Serenissimæ Inquisitionis contra hæreticam pravitatem Consultor = Orator Papiæ apud Mediolanense Gubernium = Regius Advocatus Fiscalis ab anno 1649. = Senator ab anno 1657. = Regens in Supremo Italiæ Consilio = Præses Magistratus, inde PRÆSES SENATUS (1).

PUTHEUS DON JOANNES BAPTISTA = Vir, cujus singulare erga Principem servitium, ac studium, fides, rectitudo, virtus, morumque probitas, & prudentia, vigilantia itidem, & elucubratio, ac integritas, qua Regii Patrimonii beneficio incubuit, satis innotuerunt, & probatæ remanserunt = Juris Consultus Collegiatus Alexandriæ = Orator ejusdem Civitatis in Urbe Mediolanensi per plures annos, Regius Advocatus Fiscalis Status Mediolanensis supra septem, & amplius annos = Collegiique Fiscalium Decanus = Senator ab anno 1659. (2), inde Præses Magistratus Ordinarii (3).

LOAYZA DON JOSEPH = sedulus, vigil, integer, deque litteris benemeritus = Licentiatus in altera ex Hispanicis Accademiis = Consultor Sancti Officii = ad Officium audientiæ de Panaena (vulgo Oydor) a Principe destinatus = Quæstor Magistratus Extraordinarii, & Senator ab anno 1655., mox Præses Magistratus Redditu um Extraordinariorum (4).

ERBA DON ANTONIUS MARIA = Vir, qui Regia Munificentia dignum se præstitit, probitate, in Principem affectu, litterarum peritia, ac prudentia, morum integritate, matura supra ætatem rerum experientia, aliisque plurimis, quibus ornatus fuit, virtutibus = Juris Consultus Collegiatus Novocomi = Quæstor Magistratus Extraordinarii ab anno 1657. = INNOCENTII XI. PONTIFICIS MAXIMI Nepos = Senator ab anno 1661. (5).

SICCOBORELLA COMES JOANNES BAPTISTA = cujus virtus in antiquæ nobilitatis lumine collocata perluxit = Juris Consultus = pu-

(1) Colligitur sparsim, & etiam per præcisa (quod rigide servabitur, melius, jam servatum fuit) ex Regiis Litteris, vel, ut ajunt, Diplomat. existent. in Archivo SENATUS Excellentissimi 28. Junii 1675.

[2] Constat Regiis Litteris 6. Septembris 1659.

(3) Constat Regio Diplomate diei 26. Augusti 1680.

(4) Constat Regio Diplomate 28. Julii 1683.

(5) Constat Regiis Litteris 31. Aprilis 1661.

= publicus Legum Professor in Ticinesi Accademia = Advocatus in Foro Mediolanensi celeberrimus, cui per Mediolanensis Status Gubernatores diversæ summi ponderis Causæ delegatæ fuerunt = Quæstor Magistratus Extraordinarii ab anno 1643. = inde Senator ab anno 1662. (1)

BURRUS COMES GEORGIUS = Vir, qui Nobilitate, & Doctrina insignitus, rectitudinem, intelligentiam, & sedulitatem suam una cum litterarum, ac juris scientiæ cognitione luculenter explicuit = Juris Consultus Collegiatus = Advocatus Fiscalis = Vicarius Provisionum = Prætor Mediolani = Regius Advocatus Fiscalis Generalis = mox Senator (2).

ARCONATI MARCHIO JOSEPH = Vir perspecta generis claritate, morum innocentia, in Magistratibus egregie gestis probitate, ac justitiæ zelo ornatus, ac meritis = Juris Consultus ex Collegio Nobilium Judicum, & Equitum Mediolani = in biennalibus Mediolanensis Status, & Dominii officiis cum laude se gessit = Quæstor Magistratus Ordinarii per annos viginti = & Senator ab anno 1668. (3).

MENOCHIUS DON JACOBUS = Vir præclara nobilitate, & aliis virtutibus conspicuus, multisque Muniis, ac Magistratibus pro CATHOLICA MAJESTATE summa cum laude egregie perfunctus = Juris Consultus Collegiatus Papiæ = Decurio ejusdem Civitatis = Vicarius Prætorius Papiæ, ac Cremonæ pluribus annis = Advocatus in Foro Mediolanensi, & ejusdem Status = pluribus occasionibus non parvi animi magnitudinis, virtutisque suæ editis documentis Principi deservìit, ac præcipuè in Obsidione supradictæ Civitatis Papiæ = inde Senator (4).

PUSTERLA COMES FABRITIUS ALOYSIUS = Vir tot meritis, ac servitiis præditus, de Principe benemeritus, nec non eximiis qualitatibus ornatus, ut titulum Comitis sibi, & Successoribus suis concedi meruerit = Juris Consultus = Advocatus per multos annos in Tribunalibus Civitatis Mediolani = primarius juris Interpres in Accademia Ticinensi = Advocatus Fiscalis Generalis septem annorum curriculo = & Senator ab anno 1674. (5).

[1] Constat Regiis Litteris 16. Novembris 1662.
[2] Constat Regiis Litteris 30. Aprilis 1666. existentibus in Archivo alias Magistratus.
(3) Constat Regiis Litteris 26. Junii 1668.
(4) Constat Regiis Litteris 30. Decembris 1669.
[5] Constat Regiis Litteris 7. Octobris 1681.

ARESIUS COMES MARCUS = Vir jurisprudentia, doctrina, meritis, cœterisque animi dotibus conspicuus, atque accerrimus Justitiæ vindex = Juris Consultus Collegiatus = ex Sexaginta Decurionibus = Consultor Sancti Officii Inquisitionis = Judex Datiorum = Auditor Officii Viarum, & Tribunalis Sanitatis = Vicarius Provisionum Mediolani = Vicarius Prætorius ejusdem Civitatis = bis Judex ad signum Equi = Regius Vicarius Generalis Status Mediolanensis = Advocatus Fiscalis = mox Senator ab anno 1675. (1).

BOSSIUS MARCHIO GALEATIUS = Vir, qui omnes fere Togæ gradus præclarissime in hac Urbe emensus, singulari Regii Servitii sollicitudine, continuis vigiliis, & integritate, speciali adprobatione dignum se reddidit Juris Consultus Collegiatus = Ex Sexaginta Decurionibus = Regius Locum Tenens = inde Vicarius Provisionum Mediolani = Consultor Sancti Officii Inquisitionis in universo Statu = Auditor Equestrium Armatorum Hominum = Judex ad signum Galli = Capitaneus Justitiæ sex annorum spatio = Regius Advocatus Fiscalis Status, & Dominii = inde Senator (2).

DE LEISA ET ERASO DON JOSEPH = Vir, qui pro ejus nobilitate, studio, scientia, capacitate, meritisque, quibus præditus inveniebatur, lati Clavi dignitate dignus existimatus omnium acclamatione, morum elegantia, ac litteris præstantissimus = Juris Consultus = Senator ab anno 1678. (3) = promotus ad munus Fiscalis Supremi Italici Consilii anno 1698. (4)

Unde, attenta potissimum confirmatione dictarum Sententiarum ex alia Sententia SENATUS 17. Decembris 1696. emanata in concursu omnium interesse habentium, & signanter Principis Marchionis Estensis Actoris = ibi = ATTENDENDAS ETIAM SENTENTIAS ENUNCIATAS SENATUS, NEC ILLIS MANUM APPONENDAM, NON OBSTANTIBUS DEDUCTIS = semper magis, magisque probatur jus Trivultiorum ad novam in Illustres Comites Fratres a Barbiano de Belgiojosio Adversarios victoriam, quam, præ cæteris, ardentissime sperant.

Gaspar Valesius J. C. C. C.
Jo. Baptista Mazzucconus J. C., & C. C.

P. R.

(1) Constat Regiis litteris 7. Julii 1675.
(2) Constat a memoriis collectis ex Archivo SENATUS.
[3] Constat Regiis Litteris 3. Augusti 1678.
(4) Constat ex Diplomate diei 5. Novembris ejusdem anni.

PRO

TRIVULTIIS

NOMEN. VIRTUS. GLORIA.

Illustrissimorum DD. PRÆSIDIS, & PATRUM SENATUS Excellentissimi Mediolani, qui intervenerunt Sententiæ.

17. Decembris 1696.

Censuit SENATUS legitimationem diei 17. Novembris anni 1561. factam a Baptista Castillioneo Comite Palatino de dicto Paulo Alexandro Trivultio VALIDAM esse, nec illi aliquod præjudicium illatum fuisse per legitimationem factam a SUA MAJESTATE diei octavæ Martii anni 1565. favore ejusdem Pauli Alexandri Trivultii, ideo ATTENDENDAS etiam SENTENTIAS ENUNCIATAS SENATUS, nec illis manum apponendam, NON OBSTANTIBUS DEDUCTIS, salvis tamen (plane non in hoc tam litteraliter deciso, sed) *in reliquis juribus Partium, prout juris = damnatis respective Partibus in salario*. Super qua quidem Sententia ab Principe Marchione Estensi, aliisque ex eadem victis neque reportatum fuit revisionis remedium, neque petitum. (Eo notato, quod occasione prolationis dictæ Sententiæ abstinuerunt Illustrissimi PATRES Comites ALOYSIUS TROTTUS, PHILIPPUS ARCHINTUS, BARNABAS BARBOVIUS, Marchio JOANNES THOMAS GALLARATUS, & Don FRANCISCUS REDANASCHI. Et etiam notato, quod supra memoratæ Sententiæ dubium est, an interfuerit infrascriptus P. CALCHI, qui bene vero interfuit infrascriptæ) & intervenerunt alteri Sententiæ.

23. Junii 1697.

☞ *Censuit SENATUS Marchionem Theodorum alias Georgium Trivultium ESSE EX AGNATIS VOLITIS a Comite Joanne Testatore, ET IDEO EJUS FAVORE EVENISSE CASUM, ac EIDEM relaxanda bona relicta per dictum Comitem Joannem, salvo tamen jure prius declarandi super prætensis deductionibus a Principe Trivultio, eo absoluto a restitutione fructuum perceptorum respectu dicti Marchionis Georgii ab hac die retro, dignis de causis, salvo etiam jure declarandi quoad fructus perceptos a die mortis qu. Capitanei Don Caroli retro, NON OBSTANTIBUS DEDUCTIS AB OMNIBUS PARTIBUS*. Super qua quidem unice Sententia pendet hodiernum judicium revisionis obtentæ ex mera gratia Regio-Cæsarea 6. Februarii 1726. Notato, quatenus, occasione, ejusdem Sententiæ abstinuerunt quinque Magnifici Senatores, de quibus supra.

PERTUSATI COMES LUCAS = Vir ſapientiſſimus, integritate, doctrina, tractandarum rerum experientia, zelo juſtitiæ, ſingularique in Principem fide, ac ſtudio pollens = Juris Conſultus = Advocatus Fiſcalis Laudæ = mox Cremonæ = Judex Galli = Advocatus Fiſcalis generalis ab anno 1669. = Regens, & Senator ab anno 1672. = Præſes Magiſtratus Ordinarii = mox Præſes SENATUS ab anno 1683. (1)

PUSTERLA COMES FABRITIUS = Vir tot meritis, ac ſervitiis præditus, de Principe benemeritus, nec non eximiis qualitatibus ornatus, ut titulum Comitis ſibi, & Succeſſoribus ſuis concedi meruerit = Juris Conſultus = Advocatus per multos annos in Tribunalibus Civitatis Mediolani = primarius juris interpres in Accademia Ticinenſi = Advocatus Fiſcalis generalis ſeptem annorum curriculo = & Senator ab anno 1674. (2) Jam laudatus in Scripto præſeferente Sententias anni 1680. *ſupra pag.* 197.

DE LEIZA ET ERASO DON JOSEPH = Vir, pro ejus nobilitate, ſtudio, ſcientia, capacitate, meritiſque, quibus præditus inveniebatur, lati Clavi dignitate dignus exiſtimatus omnium acclamatione, morum elegantia, ac litteris præſtantiſſimus = Juris Conſultus = Senator ab anno 1678. (3) = promotus ad munus Fiſcalis Supremi Italici Conſilii anno 1698. (4) Jam laudatus ut ſupra *pag.* 198.

☞ VICECOMES DON CÆSAR = Vir integritate, ac rectitudine præditus, quique in omnibus, ac præclaris muneribus ad publicam utilitatem, ac pro juſtitiæ incolumitate, & Subditorum tranquillitate ſe geſſit = Juris Conſultus Collegiatus Mediolani = Advocatus in Foro Mediolanenſi perſpicaciſſimi ingenii = Auditor Tribunalis Sanitatis = Auditor generalis Militiarum = Regius Locum Tenens Vicarii Proviſionum = Vicarius Capitaneus Juſtitiæ in Inimicorum irruptionibus = Vicarius generalis Status = Judex ad ſignum Galli = Regius Fiſcalis cum voto in Congreſſu Regiæ Viſitationis = & Senator ab anno 1678. (5) Fuit Relator Cauſarum, ſuper quibus cecidit utraque ſuperius exſcripta Sententia.

CAL-

(1) Colligitur ſparſim, & etiam per præciſa [quod rigide ſervabitur, melius, jam ſervatum fuit) ex Regiis Litteris, vel ut ajunt, Diplomatibus exiſtentibus in Archivo SENATUS Excellentiſſimi 28. Junii 1672., & 24. Martii 1683.

(2) Ex Regiis Litteris 7. Octobris 1681.

(3) Ex Regiis Litteris 3. Auguſti 1678.

(4) Ex Diplomate diei 5. Novembris ejuſdem anni.

[5) Ex Regiis Litteris 6. Novembris 1678.

CALCHI DON SIGISMUNDUS = Vir, in quo semper singulari integritate, modestia, prudentia, doctrina tam in advocando, quam in judicando maximus effulsit zelus = juris Consultus Collegiatus Mediolani = Advocatus in Foro Mediolanensi per plures annos = Varia Judicis munera magna cum laude perfunctus = Vicarius Provisionum = inde Senator ab anno 1683. (1) = Hunc & preces Illustris Principis Sigismundi Francisci Marchionis Estensis anni 1721. commendant, quæ leguntur insertæ in Litteris Patentibus judicii definiti per Sententiam 27. Julii 1722. (2) = ibi = *notissima juris prudentia, ac religione Amplissimi Patris Calchi, cujus memoriam adhuc veneratur Forum Mediolanense* = *Amplissimum P. Calcum pro ejus vere summa integritate* (3) = & ibidem (✠) *perspectissima apud Supplicantem, ut apud omnes, Amplissimi* PATRIS CALCHI *religio, & integritas*. Sed clarius commendat ILLUSTRIS REGENS SENATOR GABRIEL COMES VERRUS, cujus honor, nomen, virtus, laudesque manebunt.

Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit.
Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ (4). Commendat, inquam, (5) per sequentia =
Quis ex Civibus nostris conscriptos Patres, atque Collegii nostri duo MAXIMA LUMINA Sigismundum Calcum, & Joannem Baptistum Trottum cognitos non habuit, aut eorum certe nominis celebritatem audivit? Calcus enim advocationis tempore quotidie de jure interrogantibus respondere, & pro Clientulis scribere, Causasque orare cogebatur: Electus postea ad Senatoriam Sedem provecta jam ætate quum esset, totum se muneri suo devictum dedit, quod ad plures annos caste, integreque servatur. Interfuit ex Decreto SENATUS 3. Junii 1697. (6) = ibi = *intervenire debere.*

OLEVANI DON BARTHOLOMÆUS = Vir, qui tot fuit bonis dotibus integritatis, prudentiæ, intelligentiæ, ac doctrinæ ornatus, ut semper multum commendari meruerit = Juris Consultus Collegiatus, & mox Orator Papiæ = diversas exercuit magna cum laude Judicaturas = erga Regium Servitium probatam fidem, ac devotionem exhibuit = Senator ab anno 1685. (7)

PA-

(1) Ex Regiis Litteris 21. Februarii 1683.
(2) Sub numero Trivultio 8.
[3] Fol. 24. etiam tergo.
[✠] Fol 62., & 63.
[4] Virgil. Bucol. Eclog. 5. vers. 76. & 77.
(5) In Aurea sua Præfatione ad Novas Constitutiones §§. VI., & VII.
(6) In Facto Trivultio sub num. 76.
(7) Ex Regiis Litteris 19. Decembris 1685.

PAGANUS DON CÆSAR = Vir, qui fœcundissimam meritorum maturitatem, magnitudine ingenii, excellentia doctrinæ, & religione virtutum implevit = Advocatus in Foro Mediolanensi per triginta annorum spatium = Vicarius Generalis per quatuor = Regius Vicarius Justitiæ = Regius Advocatus Fiscalis ab anno 1675. = Senator ab anno 1686. (1) = Minister Residens Palatinus Neuburgi anno 1692. Æque interfuit ex Decreto Senatus (2) = ibi = *debere intervenire, & ferre Sententiam*.

PINACHIUS DON JOANNES = Vir incorruptæ æquitatis, qui nedum singularibus animi dotibus, sed & meritorum cumulo ob diuturna servitia in diversis officiis præstita lati Clavi meruit dignitatem = Quæstor Reddituum Extraordinariorum viginti annorum spatio = Forum Mediolanense, & prætorium singulari doctrina ditavit = Senator ineunte anno 1696. (3) Huic in sequelam Sententiæ SENATUS 30. Julii 1694., vix adepta per eum Cathedra Senatoria, commissum fuit, ut interesse deberet decisioni articuli legitimationis (4) = ibi = *præsente etiam Magnifico futuro Commissario subrogando in locum Magnifici Trotti*, prout de facto interfuit (5). Et rursus (6) = ibi = *præsente semper dicto Spectabili Senatore Don Joanne Pinachio dictæ Causæ Magni Trivultii Commissario ut supra*.

Quorum quidem conscriptorum PRÆSIDIS, & PATRUM memoriæ, & nomini felix contingit eorum Sententiæ 28. Junii 1697. habere Censores utique justitia, cœterisque virtutibus, & honoribus pares, consequenterque pares etiam in judicio (utinam, ac millies utinam, & citò!) futuros. Queis non poterit non esse præsens Divinum illud L. Annæi Senecæ (7). = *Consilium futuri ex præterito venit* = prout in casu verficatum iri confidunt. Comprecantur, qui pro Trivultiis *exiguum tribuunt, sed libenter* (8).

Gaspar Valesius J. C. C. C.
Jo. Baptista Mazzucconus J. C., & C. C.

(1) Ex Regiis Litteris 20. Februarii 1686.
(2) In Facto Trivultio num. 79., & in novissima dimissione Trivultia n. 26.
(3) Ex Regiis Litteris 8. Februarii 1696.
(4) In novissima dimissione Trivultia sub num. 22.
(5) Probatur Sententia SENATUS 17. Decembris 1696. sub n. Trivultio 3. fol. 1.
(6) Fol. 27. tergo.
(7) Vol. 2. Epist. 83.
(8) Dictus Senec. Opusc. moral. de benef. lib. 1. cap. 7.

P. R.

PRECES
March. Theodori = Joannis Jacobi = & Hieronymi Fratrum De Trivultiis.

1 NUm Marchio Theodorus alias Georgius Trivultius esset ex Agnatis comprehensis in fideicommisso ab olim Comite Joanne Trivultio ordinato in testamento diei 17. Junii anni 1548.; & num fideicommissi casus evenisset favore ejusdem Marchionis Theodori, hæc, & non alia fuit inspectio, quæ proposita, discussaque est in judicio finito media Senatus M. V. sententia diei 28. Junii anni 1697., (1) hæc, & non alia est, quæ in præsenti judicio Revisionis discutienda venit, & Supremo ejusdem Senatus M. V. Oraculo hodierna die decidenda.

2 Quamquam enim Illustribus Comitibus de Belgiojosio placuerit, in eorum facto typis impresso, & novissimis precibus actu expeditionis distributis dubium de filiatione, & legitimatione Com. Pauli Alexandri dicti Marchionis Theodori ascendentis, utcumque sententiis diei primæ Martii 1680., & 17. Decemb. 1696. (2) penitus sublatum, ad opportunitatem iterum excitare, de hoc tamen ratio nulla habenda est, cum impertita revisio sententiam anni 1697. unice respiciat, adeoque ad alia, quæ ante ipsam sententiam definita jam fuerant, & in judicatum transacta, extendi nullatenus possit. (3)

3 Eoque certius de elevatis ab adverso dubiis ratio nulla haberi debet in præsenti judicio, dum filiatio, & legitimatio Pauli Alexandri non modo canonizata solemniter extitit mediis recitatis sententiis anni 1680., & 1696., aliisque interim a Senatu M. V. emanatis, illa signanter diei 14. Martii anni 1691. (4) quæ dum Marchionem Theodorum alias Alexandrum ejusdem Com. Pauli Alexandri ex filio Nepotem admisit ad fideicommissum Marchionis Theodori, iterum, iterumque dictam filiationem, & legitimationem confirmavit, sed insuper ab ipso Principe Estensi constantissime semper admissa in eomet judicio, cui finem dedit memorata sententia anni 1697. (5), & quod magis est, etiam admissa ab ipsa Domo Estensi in hoc judicio revisionis (6), ita ut mirum videri debeat, quod Adversantes post tot sententias in judicatum transactas, contra eorum auctores, & etiam proprium factum voluerint hodie insurgere, & dubium, quod in anteacto judicio nec propositum fuit, nec proponi poterat, iterum excitare.

4 HOc posito, & causa unice redacta ad examen sententiæ anni 1697. plane non vident Marchio Theodorus, Joannes

(1) De qua in facto *supra pag.* 90. *num.* 58.
(2) De quibus in facto *supra pag.* 87. *num.* 28., & *pag.* 88. *num.* 40.
(3) Oldrad. *de rescriptis tit.* de litteris Principum *prælud.* 11. *n.* 1., & 3.
(4) De qua in facto *supra pag.* 89. *num.* 49., & 50.
[5] Ut in facto *supra pag.* 102. *a num.* 142. *ad n.* 169.
(6) Ut in facto sub *num.* 167.

nes Jacobus, & Hieronymus Fratres de Trivultiis fidifs. M. V. Vaffalli, quo jure Illuftres Adverfantes conqueri poffint de relata Sententia anni 1697., qua Senatus decidit: *Marchionem Theodorum alias Georgium Trivultium ESSE EX AGNATIS VOLITIS A COMITE JOANNE TESTATORE, & ideo ejus favore eveniffe cafum &c.*

5 Siquidem non poterat in dubium revocari quod Marchio Theodorus, defcendens a Paulo Alexandro naturali quidem filio Comitis Joannis Jacobi, fed ipfo inftante plenè legitimato vere Agnatus non effet.

6 Si enim etiam fimpliciter naturales inter Agnatos recenfentur, ubi de confuetudine deferunt nomen, & infignia familiæ (1), quæ confuetudo generalis eft totius Italiæ (2), & præcipue in hac Urbe fervatur (3).

7 Multo magis fub agnatorum nomine venire debent, & intelligi comprehenfi legitimati (4), & adhuc multo magis legitimi ab ipfis legitimatis defcendentes.

8 Nec eft, quod Illuftres Adverfantes agnationis jura Paulo Alexandro nequaquam competere authument, eo quod in ipfo legitimationis actu fuerit ei denegatum jus fuccedendi Patri ab inteftato.

9 Nam jura agnationis ex fola perfonæ legitimatione acquiruntur, (5), & perfona non definit effe vere, & perfecte legitimata ftatim ac ad primæva natalia, & ad primævos honores, & dignitates fuit integre reftituta tametfi limitatum fuerit, vel etiam totaliter denegatum jus fuccedendi Patri naturali ab inteftato (6).

10 Nec contrarium probant Barri, Vinnius, & Averanius ex adverfo

(1) Valent. *de ultim. volunt. vot. 9. a n.* 125. *ufque ad n.* 133., Palma *allegat.* 262. *num.* 20., Fredian. *de fideicom. difert.* 31. *n.* 4., Marta *de fucceff. legal. part.* 2. *quæft.* 4. *art.* 5. *a num.* 22. *ufque ad num.* 27., Mierez *de majorat. part.* 2. *quæft.* 2. *num.* 102., *&* 103., Cyriac. *controverf.* 209. *num.* 38., & Rot. Rom. poft Palmam *allegat.* 262. *num.* 4. 5. 6., *&* 13.

(2) Manf. *confult.* 102. *tom.* 9. *num.* 9., Valent. *dict. vot.* 9. *num.* 130., *&* 131., Hortal. *decif.* 62. *num.* 64., *&* *fequent. tom.* 1. Rot. Rom. coram Falconer. *tom.* 2. *tit. de jure patronatus decif.* 6. *num.* 2.

(3) Picenard. *apud Sadarin. refp.* 50. *num.* 63.

(4] Lupus de illegitimis commentar. 3. §. 1. *n.* 77., Fredian. *de fideicommifs. difert.* 31. *num.* 13., Cyriac. *controverf.* 208. *num.* 1., Manf. *confult.* 654. *tom.* 7. *num.* 6., Torre de pactis futuræ fuccefs. *lib.* 2. *capit.* 43. *num.* 22. *tom.* 1., Rota Rom. *decif* 85. *n.* 1. *part.* 15., *&* *decif.* 376. *part.* 19. *num.* 1., *&* 2. *recentior.*, & penes Manf. *tom.* 7. *confult.* 603. *num.* 1., & in fucceffiva *confult.* 604. *num.* 1.

(5) Poft textum *in L.* 2. *ff.* de naturalibus inftituendis firmant Merlin. de legitima *lib.* 1. *tit.* 2. *quæft.* 8. *a num.* 5. ufque *ad* 17., Mantica de conjecturis *lib.* 11. *tit.* 10. *a num.* 1. ufque *ad num.* 12., Bottilier. de fucceffionibus ab inteftato *capit.* 1. *theorema* 8. *num.* 12., Vafquez. *de fucceff. ab inteftato tom.* 2. *lib.* 1. § 2. *num.* 51., Molfenf. *ad confuet. Neapol. part.* 2. *tit. de perfonis quæft.* 10. *num.* 40., *&* 41., Rota Rom. *recentior. decif.* 100. *part.* 5. *tom.* 1. *fub num.* 6.

(6) Ut probatum eft in animadverfionibus *fupra pag.* 161. *a n.* 6. *ad n.* 13.

verso citati, (1) nam nullus ex illis dicit quod legitimatus sub lege, quod non possit Patri succedere, nisi in eo quod Pater ei relinquere voluerit, non sit verus Agnatus, sed unice dicunt, quod Agnati, qui non sunt in gradu successibili habentur, & considerantur, ac si agnati non essent, quo ad effectus civiles successionis AB INTESTATO, quod nihil commune habet cum casu successionis testamentariæ, de quo est quæstio.

11. Immo Averanius loco ab adverso allegato postquam late firmaverat a num. 38. usque ad 42., quod sublato jure successionis, cessat agnatio quoad effectum successionis ab intestato, conclusionem limitat sub num. 43. in casu successionis ex Testamento, scilicet in casu Fideicommissi perpetui, ad quod Agnati vocati sint, & vult, quod in hujusmodi Fideicommissis succedant utcumque non sint in gradu successibili ab intestato, sunt ejus verba, ibi = *Non ignoro tamen in fideicommisso fere communiter receptum fuisse proximitatem desumi posse etiam a cognatione quando vocati fuerint a Testatore Agnati proximi in infinitum*, & melius sub num. 45. = ibi = *Secundo loco animadvertendum est, quod in fideicommissis, in quibus vocantur Agnati in infinitum, qui mutuatur proximitatem a cognatione ex voluntate Testatoris est Agnatus, & est ex numero vocatorum ad successionem, & ideo habet jus succedendi, & est capax successionis* = sicque illius doctrina tam longe est, quod Illustribus Adversantibus favere valeat, ut immo contra ipsos apertissime retorqueatur.

12. Adnotationes autem ad Nov. Const. pariter in contrarium citatæ *tit. de legitimat.* unice conclusionem firmant, quod legitimatus ad instantiam Patris cum clausula, quod in ejus hæreditate non possit plus consequi, quamquod ei in Testamento fuerit relictum, non potest petere legitimam in bonis Patris, & referunt ita fuisse sub die 3. Aprilis 1726. a Senatu judicatum, quod pariter nihil commune habet cum casu de quo agitur; Et certum aliunde est eamdem esse conditionem legitimorum, & legitimatorum, quo ad consecutionem legitimæ in bonis Patris legitimantis, dum præcisive a speciali pacto in legitimatione apposito hæc filio legitimato debita procul dubio fuisset (2).

13. Si ergo legitimatio, Comitis Pauli Alexandri quo ad statum personæ vera, & propria fuit legitimatio jam controverti amplius non potest, quod etiam media tali legitimatione omnia Agnationis jura ipsi acquisita non fuerint, eaque in Marchionem Theodorum Georgium Supplicantem ascendentium transmissa.

Neque

(1) Averan. *lib.* 1. *capit.* 13. *num.* 38. Barri de successionibus *tit.* 3. *num.* 8., Vinni *ad* §. *final. num.* 4. *de success. Cognatorum*, & adnot. ad Nov. Const. *tit. de legitimat.*

(2) Ut firmant Merlin. de legitima *lib.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 8. *num.* 5., *&* *seqq.*, Manz. *de legitima quæst.* 2. *num.* 10.

14 NEque etiam poterat in dubium revocari quod dictus Marchio Theodorus esset ex Agnatis volitis a Testatore.

15 Utcumque enim Illustres Adversantes contendant Testatorem eos dumtaxat agnatos vocasse, qui præditi forent qualitate nativivitatis, & procreationis de legitimo matrimonio, hoc tamen verum non est, & totum oppositum probat littera Testamenti.

16 Etenim Littera perhibet qualitatem hanc adjectam quidem filio primogenito Marchionis Joannis Jacobi Hæredis instituti, sed non adjectam descendentibus ab eo, nec ejus lineæ positæ in conditione.

17 Perhibet hanc ipsam qualitatem in secundo ordine dispositionis iterum expresse a Testatore volitam in agnato sibi proximiore, sed omissam, atque neglectam penitus in aliis gradibus descendentiæ, & lineæ ipsius proximioris.

18 Perhibet amplam conditionalem de per se stantem, & a præcedentibus dispositivis omnino independentem, & hanc conceptam per verba illa universalia negativa, ET UBI NULLI REPERIRENTUR AGNATI MASCULI, omnes, & cujuscumque generis agnatos, & sic etiam simplices naturales, multoque magis legitimatos suapte natura complectentia.

19 Quomodo autem dici potest Testatorem non alios agnatos vocasse, quam natos, & procreatos de legitimo matrimonio, postquam legitimitatis qualitatem apposuit in ingressu dumtaxat, & in stipite cujuslibet lineæ vocatæ, non autem in cæteris gradibus earundem linearum, postquam hanc ipsam qualitatem ommisit in universali illa agnatorum omnium vocatione, quam suapte natura importat conditionalis, *& ubi nulli reperirentur agnati*.

20 Non poterat Testator legitimitatis qualitatem præsentem non habere, cum illam addiderit etiam masculis ex fœminis in immediate sequenti ordine dispositionis substitutis: Facile aliunde erat illam exprimere; Si ergo illam non expressit in conditionali, si, quod plus est, verbo *agnati* adjecit verbum *masculi*, quod superfluum erat, non adjecit verbum *legitimi*, quod fuisset necessarium vehementissimum equidem argumentum est, quod illam consulto prætermittere voluerit (1).

21 Sileant hic e conspectu tam claræ voluntatis omnia adversaria ratiocinia, quæ cæteroquin prorsus erronea sunt, & in mera sophismata resolvuntur.

22 Erroneum est illud, quo ab imposita proximiori agnato legitimitatis qualitate inferri vult hanc ipsam qualitatem in omnibus aliis agnatis volitam fuisse, ac si in toto dispositionis contextu non alium quam agnatum legitimum sibi proximiorem Testator vocasset, & non adesset successiva vocatio descendentium.

(1) Peregrin. *de fideicom. art.* 25. *num.* 28. *versic. contra vero*. Rota Rom. *decis.* 21. *num.* 12., *& decis.* 173. *num.* 11. *tom.* 1. coram Molines.

tium ipsius agnati proximioris, non adesset separata sedes aliorum agnatorum in conditionali absque adjecta qualitate legitimitatis.

23 Erroneum pariter est illud quod ex antecedenti dispositiva deducitur pro declaranda conditionali.

24 Potest ne quid ineptum magis excogitari, quam velle legitimitatis qualitatem volitam in ingressu præsumere etiam in progressu, & in cæteris gradibus repetitam absque ullo juris, aut facti fomento, immo contra omnia juris principia prætensam repetitionem apertissime excludentia (1); & ex hac arbitraria & juris regulis omnino repugnante præsumptione aliam præsumptionem desumere pro repetitione ejusdem qualitatis etiam in conditionali, & quidem in conditionali, quæ late magis patet, & sub se alios agnatos includit in præcedenti dispositiva nequaquam compræhensos; quæ apposita fuit ad impediendum transitum ad aliud personarum genus, & in qua consequenter, etiam ob claram nimium diversitatis rationem inter utramque dispositionis partem nunquam dari posset prætensa repetitio, quamvis etiam manifesta, & evidens esset Testatoris voluntas pro repetitione in parte dispositiva (2) (3).

25 Quid rursus inefficax magis, quam prætendere, & in agnata proximiore, & in illius filio primogenito supplendam esse legitimatis qualitatem, & ex prætensa dictæ qualitatis suppletione inferre illam pari modo suppleri debere in agnatis compræhensis sub dicta conditionali, quando respectu filii primogeniti agnatæ adest quidem ratio qualitatem hanc præsumendi, ea nempe quod verosimile non sit Testatorem voluisse supponere clandestini partus delictum in fœmina, sed nulla ratio adest ob quam præsumi debeat de legitima dumtaxat, non etiam de naturali agnata Testatorem sensisse, & aliunde suppletiones absque præcisa necessitate de jure fieri prohibentur (4); Quando in quacumque hypothesi nunquam ab uno personarum genere ad aliud arguere liceret, nempe a Cognatis ad Agnatos,

(1) In *L. in repetendis*, & ibi Glossa *in dicto verbo repetendis ff. de legat.*, *primo* in *L. liberorum* 120. *ff. de verb. signif.*, & *L. quæ conditio ff. de condit.*, *&* *demonstrat.*, & in *L.* 14., *&* 17. *ff. de fideicom. libertate*, & post dictos textus de Luca *de fideicom. discurs.* 231. *n.* 5., *&* *6.*, & Rota Rom. coram Bicchio *decis.* *602. num. 39.*, & coram Molines *decis.* *998. n. 4. tom.* 4., & in recentior. *decis.* 11. *n.* 1. *part.* 16. *versic. vocatio*.

(2) Pro ut loquendo de conditionali magis ampla quam dispositiva firmant Torre *de majorat. tom.* 1. *cap.* 37. §. 4. *n.* 21., *&* 34. Paulut. *disert.* 91. *tom.* 2. *num.* 37., & Rota Rom. post. Paulut. dictam disert. *decis.* 1. *a n.* 3. *usque ad num.* 6., & coram Molines *decis.* 171. *num.* 8., *&* 173. *num.* 12. *tom.* 1., *&* *decis.* 998. *num.* 43. *tom.* 4., *&* *in recentior. tom.* 18. *part.* 2. *num.* 19., & coram Cerro *decis.* 682. *num.* 5., *&* 702. *num.* 9.

(3) Pro ut loquendo de conditionali apposita ad impediendum transitum ad novum genus personarum firmant Torre *de majoratibus cap.* 47. §. 14. *num.* 187., *&* 188. *tom.* 1. de Luca *de fideicommiss. disc.* 231. *num.* 12, *&* 13. Rota *decis.* 11. *num.* 5. *part.* 16. *versic. vocatio*, & in puncto Valent. *de ultimis volunt. vot.* 8. *num.* 154.

(4) *L. final. ff. de manum Testament.*, Menoch. *cons.* 327. *num.* 38., Peregrin. *cons.* 54. *num.* 18. *lib.* 2.

tos, quorum respectu longe diversa militat Testatoris affectio, & diversa omnino ratio disponendi.

26 Affertur sententia diei 25. Augusti anni 1576. relate ad hoc ipsum fideicommissum, de quo est quæstio, & ex eo, quod Supremus hic Ordo declaraverit Raphaelem, & Nicolaum filios legitimatos Marchionis Francisci non habere qualitates volitas, infertur, quod ergo voti fuerit de Agnatis dumtaxat legitimis, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis Testatorem sensisse.

27 Sed hæc quoque consequentia omnino erronea est.

28 Constat in facto, quod hæc ipsa sententia posita fuit sub oculis Senatus de anno 1697.

29 Dum ergo Supremus hic Ordo etiam in illius conspectu decidit *Marchionem Theodorum alias Georgium esse ex Agnatis a Testatore volitis*, rectius inferri debet, quod unum ab altero casu omnino diversum esse cognoverit.

30 Affertur declaratio tribus mensibus post Testamentum a Comite Joanne emissa favore Georgii Bagatti, quod nempe in donatione eidem facta, sub conditione, ubi filios non haberet, loqui intellexerit de filiis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio procreatis.

31 Mirum tamen, quod ex actu omnino diverso, diverso tempore secuto, diversam rem, & diversas etiam personas respiciente, velit fieri illatio.

32 Nullum ergo solidum argumentum adducitur, conjectura nulla, quæ amplitudinem recitatæ conditionalis omnes, & quoscumque Agnatos ex proprietate verborum compræhendentis restringere valeat, & coarctare ad solos Agnatos legitimos, & de legitimo matrimonio natos, & procreatos, quando ut recedi possit a verbis fas est, quod evidens sit contraria voluntas Testatoris, maxime in hoc casu in quo ex non apposita agnatis, sub dicta conditionali vocatis, qualitate illa legitimitatis, quam in unoquoque linearum vocatarum stipite Testator requisiverat, ejus voluntatem apertius declaravit pro compræhensione omnium, & cujuscumque generis agnatorum sub ipsa conditionali.

33 QUamquam in quocumque adversario supposito, semper præfatus Marchio Theodorus Georgius fuisset sub dicta conditionali compræhensus idque tam ex littera, quam ex mente Testatoris.

34 Ex littera quidem, nam quamvis sit inter DD. contentio, num legitimus ex non tali venire possit, & intelligi compræhensus in fideicommisso, in quo qualitas nativitatis, & procreationis de legitimo matrimonio fuit a Testatore desiderata.

35 Communissimo attamen calculo recepta est ea distinctio, quod nempe.

36 Aut legitimus ab illegitimo succedere contendit in fideicommisso ex persona Patris sui, seu ex jure sibi a Patre transmisso, vel

sub

ſub vocatione deſcendentiæ, aut lineæ, & tunc procedit opinio contra legitimum ex non tali, quia tunc intrant fundamenta quibus dicta opinio innititur; quod infecta radice infecti ſunt palmites; quod deſtructo ordine deſtructum eſt ordinabile; quod medium impertinens impedit extrema conjungi; quod in cauſato plus eſſe nequit quam in cauſa, tunc enim vocatio ſtat neceſſario dependenter a Patre, cujus incapacitas efficit, quod nihil habeat tranſmiſſibile in filium, quodve filius ex perſona Patris incapacis nihil conſequi poſſit; tunc vocatio filii obicem ſentit in illegitimitate Patris, per quem linea, aut deſcendentia, quod idem eſt vocata ſub qualitate legitimæ nativitatis interrupta fuit, & volitam a Teſtatore qualitatem, in unoquoque ex linea & deſcendentia vocata, continuatam amiſit, ita quod amplus extrema conjungi non poſſint.

37 Et quamvis hoc etiam caſu vocatus appellatione liberorum deſcendentiæ, vel lineæ dicatur ſuccedere ex propria perſona, & ex propria vocatione, tamen id non ſufficit, quia ejus vocatio habet ſemper, & inſeparabiliter relationem, ac deſcendentiam a prioribus gradibus, ita quod tunc non juvat deſcendentem habere qualitates in ſe, niſi etiam ipſe ſit de linea, aut deſcendentia ejuſdem qualitatis derivatæ de uno in alium, non per ſaltum, ſed continuative.

38 Et juxta hanc primam diſtinctionis partem loquuntur DD. ab Adverſo allati ſuſtinentes legitimum ab illegitimo non ſuccedere etiam ubi ex propria perſona, & proprio jure ſuccedere intendat.

39 Aut legitimus ab illegitimo non ex perſona patris, ſed ex propria vocatione ad fideicommiſſum adſpirat, ut quia non petat admittit uti deſcendens a Patre, aut de linea, ſed tamquam Primogenitus, proximior, aut agnatus, & tunc obſtaculum Patris, ejuſque incapacitas filio non obeſt, quia tunc Teſtator non curato principio reſpexiſſe dumtaxat videtur ad perſonam, quæ habet deſideratas qualitates in qua proinde ceſſante cauſa excluſionis, quæ ejus patrem, aut aſcendentem illegitimum arcebat, excluſio pariter ceſſat, ut oſtenſum eſt in appendice *ſupra pag.* 174. *num.* 21. *ad* 30., & firmat inter alios Torre *var. quæſt.* loco ab adverſo allegato, nempe *tom.* 2. *tit.* 8. *quæſt.* 5. *a num.* 9. *uſque ad* 12. ubi optime diſtinguit ſecundum præmiſſa, & ſe ipſum explicat in tract. de primogen. *par.* 1. *cap.* 28. ibi = *non repugnat quod aliquando vocatis maſculis legitimis, & naturalibus veniant legitimi ex illegitimis ut dicebam eodem tractat. de ſucceſſion. in majorat., & primogenit. Ital. par.* 1 *cap.* 28. §. 7. *num.* 122., *& ſeqq.*: *QUIA OPINIO HABET LOCUM, QUANDO TESTATOR HABUIT RESPECTUM AD NATIVITATEM DUMTAXAT, QUO CASU SUFFICIT, UT QUI PRÆTENDAT SUCCEDERE NATI SINT DE LEGITIMO MATRIMONIO, quia hoc caſu naſcimentum tantum conſideratur non curato de aſcendentibus; Non vero quando Teſtator reſpexit ad lineam ſeu de-*

descendentiam de legitimo matrimonio, quia tunc attenditur ad ipsam lineam, aut descendentiam, efformatam ex personis habentibus dictam qualitatem, & propterea non dicuntur vocati legitimi ex illegitimis; Et pro hujus distinctionis confirmatione adducit nonnullas ex auctoritatibus adverso allegatis nempe Castil. *lib.* 5. *cap.* 103. *num.* 22., Mantic. de conjectur. *lib.* 11. *tit.* 12. Kinipschildt. Mantic. de fideicom. famil. Nob. *cap.* 8. *num.* 241., *& seqq.*

40 Subjecta facti species ad secundam mox relatas distinctionis partem indubitanter pertinet, dum Marchio Alexander, & post eum Marchio Theodorus Georgius ex proprio dumtaxat jure, & ex propria persona tamquam agnatus petebat ad hujusmodi fideicommissum admitti.

41 In quocumque ergo adversario supposito numquam qualitas Pauli Alexandri obstare potuisset, quominus dictus Marchio Theodorus dici posset sub littera dispositionis comprehensus, & tamquam talis succedere in hoc fideicommisso prælative ad masculos ex fœminis.

42 Quidquam non refragrantibus doctrina Redenaschi ex adverso citati in conf. 6., & Sententia Senatus ab eo relata, quando quidem in eo casu ipsemet legitimatus erat, qui de successione contendebat, & quidem in fideicommisso, in quo Testator in omnibus descendentibus per modum regulæ requisiverat qualitatem legitimitatis, & procreationis de legitimo matrimonio, non autem legitimus ex illegitimo, prout ex arbitrio asserunt Illustres Adversantes, ut videre est ex Sententia ipsa registrata in calce subsequentis conf. 7., quæ cæteroquin Teste Sadarin. in adnotatione ad responsum Picenard. fuit per transactionem reformata.

43 NEc littera solum, verum etiam Testatoris mens id apprime suadebat.

44 Dignetur M. V. dispositionis seriem percurrere, & clarissime viderit, quod causa efficiens, ac finalis erectionis hujus primogenii alia non fuit, nec esse potuit, quam fervidissima Testatoris erga propriam agnationem affectio, & vehemens ipsius votum bona sua diutius, quo fieri posset, in ipsa agnatione conservandi.

45 Siquidem viderit quod Testator nulla habita sanguinis ratione, & vix relicto binis ejus Sororibus legato Scutorum mille pro singula in tot bonis, & quidem sub lege reversionis ad hæredem, ubi earum alteram, vel utramque absque filiis mori contingeret, hæredem sibi eligit agnatum, nempe Marchionem Jo. Jacobum nono licet gradu a se distantem, & in ejus masculina descendentia perpetuum primogenium constituit:

46 Quod alium successive agnatum vocat, eum nempe qui sibi magis proximior esset, illumque designat pro stipite alterius lineæ, in qua vult ejus primogenium progredi debere:

47 Quod invitat quidem postremo loco Primogenitum ex fœmina agna-

agnata ſibi proximiore ejuſque deſcendentes ordine perpetui primogenii, ſed iis onus imponit aſſumendi cognomen, & inſignia familiæ, nec aliter vult ſuccedere poſſe, quam in caſu, & ſub expreſſa conditione, quod *nulli reperirentur agnati maſculi*.

48 Nonne ſunt hæc argumenta convincentiſſima, immo clariſſimæ demonſtrationes contemplatæ, & quidem per modum cauſæ finalis a Teſtatore agnationis?

49 Jam vero ſi in fideicommiſſis perpetuis agnatitiis etiam legitimitati admittuntur in defectum legitimorum agnatorum, & multo magis legitimi ex illegitimis, licet in omnibus deſcendentibus legitimitatis qualitas fuiſſet a Teſtatore requiſita (1).

50 Si, quod magis eſt, legitimitati admittuntur in hujuſmodi fideicommiſſis, etiam ubi expreſſa adeſt naturalium, & legitimatorum excluſio, quæ ſemper temporalis præſumenda eſt, quouſque ſcilicet extant legitimi, & nati ex legitimis parentibus, non autem perpetua, ne Teſtatoris ſententia cum proprio voto conſervandæ agnationis pugnare videatur (2).

51 Quid dicendum in caſu, de quo agitur?

52 Cur repelli ab hoc fideicommiſſo debuiſſet Marchio Theodorus Georgius non jam ſimpliciter legitimatus, ſed vere legitimus, & per plures gradus deſcendens ex parentibus legitimis, patriæ honoribus, ac dignitatibus cumulatiſſime inſignitus, unicus familiæ ſuperſtes?

53 Cur immo non admittendus in fideicommiſſo condito unice favore agnationis, in quo nulla legitur naturalium, & legitimatorum excluſio, in quo legitimitatis qualitas volita quidem fuit in quolibet ſtipite, ſed non repetita in cæteris gradibus linearum vocatarum, ad quod agnati omnes indiſtincte invitati leguntur, & quidem per verba illa univerſalia negativa, *ubi nulli reperirentur agnati maſculi*, quodcumque tempus, cujuſcumque generis agnatos, & ſic etiam ſimpliciter naturales ſuapte natura complectentia.

54 Abſurdum fuiſſet, & pluſquam abſurdum ob remoti aſcendentis vitium ex pleniſſima cæteroquin legitimatione ſublatum, & cujus pene abolita jam erat memoria, illum rejicere, quem diſpoſitionis littera, quem Teſtatoris mens, quem ipſamet dignitas, & familiæ decus jure omni admitti poſtulabant.

 Ab-

(1) Rodulphin *alleg.* 15. *num.* 9. Carl' Ant. de Luca *de linea legal. lib.* 2. *art.* 101. *num.* 2. & alii ad lautitiam congeſti in appendice.

(2) Valent. *de ultim. volunt. tom.* 2. *part.* 1. *vot.* 9. *num.* 135., Gobius *conſult. deciſ.* 9. *num.* 30., & *num.* 50. *tom.* 1., Palma *deciſ.* 180. *num.* 13. *tom.* 2. Et magis in puncto Rota Rom. apud Paulut. *deciſ.* 2. *poſt diſert.* 84. *a num.* 5. uſque ad *num.* 7., Petra ad ritus Magnæ Curiæ *tom.* 4. *tit.* 299. *num.* 65., Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 44., Merlin. *lib.* 1. *contr. forenſ. cap.* 1. *num.* 25., Lupus *de illegit. coment.* 3. §. 2. *num.* 44.

55 Absurdum admittere masculum agnatæ adhuc extante masculo agnato, in quo nomen, & splendor familiæ juxta Testatoris votum unice poterat conservari, & veram, ac naturalem agnationem postponere agnationi mere fictitiæ, immaginariæ, ac ideali, quam Testator vocavit in subsidium dumtaxat, & in extremo desperato casu, quod nullus amplius de agnatione Trivultia superesset.

56 Si ergo Senatus M. V. decidit dictum Marchionem Theodorum Georgium esse ex agnatis a Testatore volitis, si in concursu masculi ex fœmina agnata, casum fideicommissi ejus favore evenisse declaravit, jure merito id fecit, nec manus apponi debet decisioni, quæ testamenti litteræ, & disponentis voluntati omnino consona est, & pro cujus confirmatione etiam in dubio semper veniret rescribendum, quemadmodum Supplicantes ab Infallibili Excelsi Ordinis Justitia ita, & juxta in actis petita decerni

Humilime implorant, & sperant.

Carolus Antonius Minalla.)
Julius Cæsar de la Cruce.) Advocati.
Ignatius Vidisertus.)
Joseph Antonius Martinelli.)

P. R.

NOVÆ PRECES Fratrum De Trivultiis.

1 JUribus aliunde perspicuis tum in facto, cum & in jure allatis incongruum non est, quod superaddatur notitia, quatenus celebris nunc controversa Sententia 28. Junii 1697. emanavit ex unanimi, præstantissimorum Patrum ea die sedentium, suffragio.

2 Quodque hujusmodi notitia firmatur Comparitione Marchionis Theodori Georgii Trivultii proposita coram SENATU MAJESTATIS VESTRÆ sub die 30. Junii 1699. (1) contra Illustrem Principem Marchionem Estensem = ibi = *& PLENIS AMPLISSIM. PP. VOTIS fuerit decisa*. Quæ quidem Comparitio originalis existit in Archivo MAJESTATIS VESTRÆ ibidem recepta sub die prima Julii ejusdemmet anni 1699. præseferens nomen, & subscriptionem celeberrimi de eo tempore Juris Consulti, & Causidici Collegiati della Porta, quem nobis commendat notorietas sui nominis, & vel idem commendat Fori tunc temporis Diarium

(1) Legitur inserta in narrativis Sententiarum 3. Decembris 1706., & 15. Januarii 1707. sub num. Trivultio 5. fol. 4 prope finem.

rium = ibi = *Joannes Baptista della Porta Juris Consultus, & Advocatus Fiscalis Pontificius Tribunalis SS. Inquisitionis totius Dominii Mediol.*

3 Et rursus firmatur vel ipso Illustris Principis Marchionis Estensis silentio resultante ex exceptionibus contra prætactam Comparitionem Trivultiam repositis (1). Eo notato, quatenus ipsæmet exceptiones Estenses cantant in caput = ibi --- *Reverendi Juris Utriusque Doctoris D. Michaelis Nigri uti Procuratoris Generalis D. Principis Don Sigismundi Marchionis Estensis, ut ex Instrumento ejus Mandati inferius dimittendo*, & exhibent mortem Francisci Nigri (2) --- *nunc QUONDAM J. C., & C. C. D. Franciscus Niger Procurator Generalis*.

4 Et adhuc firmatur repetitione similium verborum per præfatum Marchionem Theodorum alias Georgium Victorem pariter coram SENATU facta in ejus precibus originaliter existentibus in Archivo SENATUS MAJESTATIS VESTRÆ, diemque præseferentibus 3. Martii 1712. incipientibus = *Preces sub nomine*. Precibus, inquam, responsivis super supplici libello per Illustrem Principem Marchionem Estensem REGIO CŒSAREÆ MAJESTATI porrecto, & per Eandem ad SENATUM remisso cum Decreto diei 1. Novembris 1711. = ibi = *controversia super dicta Comitis Joannis Trivultii Primogenitura cum potentissimis, florentissimisque Familiis disputata est sub patrocinio celeberrimorum Advocatorum, facta iisdem etiam publica Audientia, pependit indecisa ad annos viginti, maturo consilio, & CONCORDIBUS SUFFRAGIIS DECISA EST, omnibus antea diligenter discussis, ut Excellentissimi SENATUS sapientia, atque religio, & causæ gravitas postulabat*.

5 Et demum firmatur ejusdemmet Principis Marchionis Estensis silentio resultante ex illius precibus, quas replicativas vocant, 9. Aprilis ejusdemmet anni 1712. incipientibus = *An petita*, & originaliter existentibus in prædicto Archivo SENATUS, & secum ferentibus infaustissimum assertum Decretum Amplissimi P. REDANASCHI.

6 Quare etiam ex hoc capite, & attenta Amplissimorum tunc temporis PP. laudata, perspectaque cœteroquin notoria præstantia, Marchio Theodorus Georgius, & Fratres Trivultii fidissimi MAJESTATIS VESTRÆ Vassalli semper magis, magisque novam prælaudatæ Sententiæ 1697. confirmationem, una cum expensarum, & totius Salarii victoria sperant, pro qua MAJESTATEM VESTRAM

Humillimè rogant &c.

Gaspar Valesius J. C. C. C.
Joannes Baptista Mazzucconus J. C., & C. C.

o 3 OB-

(1) Jacent per extensum, & ad litteram in narrativis dictarum Sententiarum 3. Decembris 1706., & 15. Januarii 1707. sub dicto num. Trivultio 5. a fol. 5. prope medium ad fol. 8. circa medium.

(2) Fol. 7. tergo.

OBSERVATIONES
AD CONFUTATIONEM
ex Adverso edita super novis Allegationibus (1) *atque Animadversionibus* (2)
PRO TRIVULTIIS.

De repetitione qualitatis legitimitatis.

1 EXcipitur ab Adverso ad excludendam qualitatis repetitionem *in nov. Alleg. supra pag.* 145. *n.* 106. adductam fuisse auctoritatem *Fusarii*, & *Peregrini*, quos contrarium tenere ex adverso contenditur: At nullo pacto subsistit exceptio.
2 *Fusarium*, & *Peregrinum* adduximus in proposito declarationis factæ favore Georgii Bagatti, ex qua diximus nullam induci posse repetitionem, declaratio hujusmodi sit actus omnino separatus, & a Testamento distinctus; quo in casu nullam induci repetitionem asserruimus, & auctoritate firmavimus *Fusarii*, & *Peregrini*, quæ quidem assertio vera, nec ne sit, ut probe norint, adeant veritatis cultores eosdemmet quos attigimus fontes.

3 Invenient *Fusarium* qui quamvis loco citato admittat, quod qualitas censeatur repetita, id tamen limitat sub *n.* 5. quando agitur de substitutionibus separatis, limitat rursus sub *num.* 8. si diversa concurrat ratio, limitat denique sub *num.* 10., cum adest diversitas personarum.

4 Sed in casu nostro omnes tres suprascriptæ circumstantiæ concurrunt; nam primo adest diversitas orationis, cum conditionalis sit omnino disjuncta ab antecedentibus dispositivis, regitur enim a suo sensu, & verbo, intercedente precipue interjectione illius clausulæ, *& ubi nulli &c.*, quæ diversitatem orationis importat.

5 Adest, & diversitas personarum, nam dispositiva restricta est ad descendentes Comitis Joannis Jacobi, & Agnati proximioris, conditionalis vero omnes, & quoscumque Agnatos complectitur, & consequenter etiam alios Agnatos, qui nequaquam compræhensi sunt in dispositiva.

6 Concurrit, & diversitas rationis, nam in dispositiva concursus est inter Agnatos, & Agnatos; in conditionali vero sunt in concursu Agnati cum Primogenitis ex fœminis: Ergo in his circircumstantiis qualitatis repetitio locum habere non potest juxta doctrinam *Fusarii*.

Pere-

(1) *Supra relatis pag.* 130.
(2) *Supra pariter relatis pag.* 160.

7 *Peregrinus*, & ipse *art.* 16. *num.* 4., *&* 48. apertissime tradit qualitatem repetitam non intelligi, *quando in una scriptura fuit apposita conditio, vel qualitas veluti in testamento., & in alia scriptura veluti in codicillis pure facta fuisset dispositio*; & quamvis *num.* 94. ab adverso citatus videatur admittere repetitionem qualitatis, hoc tamen asserit, *quando adjecta sit qualitas uni personæ, quæ in specie, vel in genere convenire alteri personæ posset* IN EADEM ORATIONE; quod minime adaptari potest thesi nostræ, in qua, prout jam superius ostendimus, adest diversitas orationis, quod confirmat etiam *num.* 108. pariter ab adverso citatus in fine per hæc verba = *cessaret tamen repetitio in aliquibus casibus numeratis supra num.* 29., *& infra*.

De parte conditionali.

8 PRætenditur ab adverso nos in *nov. alleg. supra pag.* 136. *num.* 44. citasse *Mansf.*, *Bonf.*, & *de Luca* ad probandum conditionalem tamquam magis extensam aptam esse comprehendere novas personas non vocatas in dispositiva; at in hoc fallitur Pars adversa; etenim prædictæ auctoritates adductæ fuerunt ad confirmandam hanc propositionem quod scilicet *conditio verificari debet ut locus aperiatur adnexæ postremæ substitutioni*; quam thesim a præcitatis Doctoribus apertissime sustineri vix intuentibus apparebit; advertendum tamen est, quod in citando *Bonfin.* pro *n.* 12. per errorem Typographi appositus est *n.* 22. & de Luca *pro discurs.* 88. *num.* 4. irrepserit *discurs.* 24. *num.* 2. (1).

9 Idem dicimus quoad Peregrin. *cons.* 59. *n.* 4. *lib.* 4., *&* *Fusar. de substit. quæst.* 440. *num.* 40., *&* *quæst.* 441. *num.* 18., & Gabri. *commun. conclus. de fideic. conclus.* 4. *n.* 4. quos omnes citavimus non ad extendendam conditionalem, ultra personas in dispositiva expressas, (prout ex adverso asseritur) sed ad inducendam vocationem dispositivam positorum in conditione, quam opinionem unanimiter admittunt prælaudati DD. prout apud ipsos videre est.

10 *Politum* vero adduximus ad probandum quod existentia personæ positæ in conditione impedit purificationem subsequentis substitutionis, ex quo patet quam supervacaneum fuerit paginas ejusdem Politi transcribere inutili prorsus labore, ut ostenderetur in sensu hujus Auctoris positos in conditione non esse dispositive vocatos, perinde ac si ejus doctrina a nobis adhibita fuisset ad firmandam contrariam opinionem; quod ne somniavimus quidem, unde miramur, quomodo Pars adversa Doctores a nobis allegatos in diversum sensum detorquere præsumpserit.

De Legitimatione.

11 LEgitimationem Comitis Pauli Alexandri quamvis limitatam quoad Patris successionem, esse veram, & plenam quo ad omnia

(1) *Quod nunc emendatum habent lectores citat. pag.* 136. *num.* 44.

omnia, apertissime probant *nov. alleg. supra pag.* 130., *&* *animadversiones pag.* 160. ad quas remittimus Adversantes.

12 Hic tantum sufficiat animadvertere falsitatis notam immerito nobis oppositam in Adversantes refundi, qui ut ostendant, legitimationem limitatam, quoad Patris successionem legitimationem proprie non esse, sed potius dispensationem citant Pascal. *de virib. patr. potest. part.* 2. *cap.* 4., *num.* 131., *&* 132., ejusque verba transcribunt, qui tamen Pascal. *sequenti num.* 133. immediate subdit, *quod si in rescripto legitimationis adest clausula, quod filii restituantur natalibus eorumque defectus penitus tollantur*, (prout in thesi nostra) *eo casu quamvis limitata sit succedendi facultas, tamen est vera legitimatio, & non dispensatio &c., possunt enim simul stare quod quis sit vere legitimus, & quod succedendi modus sit limitatus, nam facultas succedendi consideratur tamquam quid diversum ab ipsa legitimatione, ut bene animadvertit Bartolus in leg. is potest ff. de aquiren. hæreditat., cum substineri possit absque eo, quod legitimatus capax sit successionis, ut communi Doctorum opinione firmat Tiraquel., &c.* ibique plures congerit.

13 Hoc satis sit innuere, ommissis pene innumeris, quæ hujusmodi occurrunt in juris Allegationibus ex adverso editis, prout *num.* 15., in quo adducitur Barbosa *diction.* 100. ad probandum, dictionem ET suapte natura conjungere, & præcedentia cum sequentibus, copulare, cum idem *Barbosa* limitet hanc conclusionem, quando illa dictio, & ponitur inter diversas personas etiam in eadem oratione *loco citato num.* 31.

14 Et *num.* 23., in quo prætenditur ob illustrem qualitatem Testatoris, dicendum esse ipsum abhoruisse ab illegitime natis[a], idque probari auctoritate, Cyriac. *controv.* 208. *num.* 59., & 60. Andreol. *controv.* 105. *num.* 15., & Polit. *de fideic. disert.* 55. *num.* 15. qui contrarium omnino afferunt, ut videre est in *nov. alleg. supra pag.* 150. *num.* 131. *& seqq.*

15 Similiter *num.* 78. adversariæ allegationis adducitur Molina *de Hispan. primogen. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 37., *&* 38. ad probandum, quod filius qui restricta successione legitimatur, non legitimatus, sed dispensatus dicatur, quando ex opposito dicto *num.* 38. habet hæc præcisa = *SED QUAMVIS HÆC OPINIO TANTORUM VIRORUM AUCTORITATE COMPROBATA SIT ; CONTRARIA TAMEN SENTENTIA MIHI VERIOR VIDETUR, IMMO, QUOD SI LEGITIMATIO RESPECTU PERSONÆ INTEGRE CONCESSA SIT, NON DESINAT ESSE VERA LEGITIMATIO, ETIAM SI JUS SUCCEDENDI ALIQUA EX PARTE SIBI RESTRINGATUR.*

16 Et alia id generis.

17 Ad omissam Agnatorum citationem, ex cujus defectu sibi blandiuntur Adversantes nullum jus successionis, induci posse, iis satisfactum superque putamus in Animadversionibus *supra pag.* 160. *num.* 19.

De

De filiatione.

18 SUper puncto filiationis non est cur immoremur, cum satis probata appareat per sententiam anni 1680. ab hoc Excelso Ordine latam, in qua declaratum fuit *constare Paulum Alexandrum de Trivultiis fuisse filium naturalem legitimatum Com. Jo. Jacobi . . . non obstantibus deductis.*

19 Advertimus tamen, quod in *restrictu caussæ ab adverso edito* fol. 7. §. *primum datum* irrepsit per errorem, ut credendum est, assertio, quod = *integrum caput habeatur in Allegatione tunc conscripta a Comite Giulino eodem tempore adversæ Partis Advocato* (scilicet Marchionis Theodori Trivultii), *ubi totis viribus prætensam hujusmodi filiationem propugnare studet.*

20 Diximus per errorem, quia dictus *Giulinus* numquam somniavit filiationem propugnare; affert quidem rem judicatam, nempe sententiam anni 1680., ut videre est ex Allegatione Giulini *supra pag.* 32. *num.* 140., ubi affert dictam sententiam anni 1680. ad ostendendum, quod Paulus Alexander erat filius naturalis, non filius spurius, ut ex Adverso prætendebatur.

De Sententiis latis anni 1572., *&* 1576.

21 PRæauditum est adduci ex adverso auctoritatem Rhaudensis ad ostendendum, quod Augustinus filius naturalis Jo. Jacobi Trivultii Marchionis Malei exclusus fuerit ex Sententia hujusce Excell. Senatus a successione fideicommissaria, de qua est sermo, prout de facto, licet pro arbitrio, affirmare non dubitavit memoratus auctor in suo tractatu *de Analogis lib.* 1. *Cap.* 36. *num.* 4.

22 Ast respondetur hoc a Rhaudensi gratis omnino asseri, immo falsi evinci; nam inspecta ipsa Sententia anni 1572. apertissime constat, tam longe abesse prætensam Augustini exclusionem; quod immo disertis verbis reservata fuere sua jura, *quæ non fuerunt audita, nec discussa* (1).

23 Nec aliunde erroneam Rhaudensis assertionem convalidare potest altera subsequta sententia anni 1576. (2), cum hæc de prædicto Augustino minime loquatur; nec aliunde loqui certo certius poterat, esto quia cæteri concurrentes satius duxerant in ipso judicii limine ope publici Instrumenti declarare, quod quælibet jura prædicto Augustino competentia, sarta, tecta, & illibata remanerent, etiam e conspectu cujuslibet ferendæ sententiæ, prout notatum fuit in facti serie pro Trivultiis edita (3).

Fru-

(1) Sunt verba præcitatæ Sententiæ anni 1572. per extensum relatæ superius in facti serie pag. 86. num. 9.

(2) Videatur supra in eadem facti serie pag. 86. num. 11.

(3) Vide supra pag. 97. num. 108.

24 Frustra itidem ab Adversantibus adduceretur idem Rhaudens. *resp.* 30. *n.* 261., qui eadem, qua vidimus, ingenuitate testatur Excellentissimum Mediolani Senatum contrariam tulisse Sententiam adversus Nepotem legitimum ex illegitimo March. Francisci Trivultii, nempe adversus filium legitimum Raphaelis, quando oppositum omnino eruitur ex contextu Sententiæ diei 25. Augusti 1576. in actis dimissa ab Illustribus Adversantibus sub *num.* 5., qua inspecta ob oculos patet in eo judicio tantum stetisse Nicolaum, Raphaelem, & Barbaram, & adversus ipsos tantum latam fuisse prædictam Sententiam; quæ proinde legitimam Raphaelis prolem amplecti minime poterat.

25 Hæ sunt vindiciæ, quas brevi nobis horarum intervallo exarare, & in medium proferre licuit in pervigilio, & quasi in ipso caussæ limine, hinc angustia temporis, hinc multa scripturarum mole ex adverso distributarum prope dixerim pressis. Ast Excellentissimus Senatus *ex ungue* (juxta vetus effatum) *Leonem dignoscet*; scilicet conjiciet uno intuitu præmissarum resolutionum, & confutationum, quæ præcipuas conclusiones percutiunt, quid de reliquis minoris notæ sentiendum sit, ad quorum examen, etsi descendere non pigeret, opus tamen in integrum absolvere fas non fuit præsidio temporis, & nonnullorum librorum commodo destitutis; quamvis præsentis causæ definitio, non ex uniformi Doctorum testimonio, sed ex nuda, & satis clara Testatoris voluntate unice sit repetenda.

Joseph Antonius Martinelli.)

Julius Cœsar De la Cruce.)

Carolus Antonius Minalla.) Advocati.

Ignatius Vidisertus.)

PRO

PRO
Nobb. DD. Marchione, & Fratribus
TRIVULTIIS
RESOLUTIONES
Auctoritatum, quæ objiciuntur, & Vindiciæ præcipuarum, quæ incusantur in adversario Scripto nuper evulgato, cui titulus
APPENDIX AD JAM SCRIPTA.

1 EXtremos profecto, sed jugiter inanes, exerere videtur conatus Pars Adversa in præcitato Scripto ad evertendum, si possibile foret, perspicuum juris præsidium, quod Nobb. DD. Marchioni, & Fratribus Trivultiis certo certius opitulatur.

2 Cum autem præcipuum hujusce adversariæ Appendicis objectum eo tendat, ut demonstretur, vel male, vel extra rem in jam pro Trivultiis evulgatis Scriptis DDoct. auctoritates adhibitas fuisse, ita nos Adversariorum vestigiis gradatim insistendo illas ab injusta hujusmodi accusatione vindicare curabimus, eodemque contextu operæ pretium erit, auctoritates, & rationum momenta, quæ ex Adverso afferuntur resolvere.

3 Probatum jam est in Novis Allegationibus (1), quod quando quis *ex persona propria*, & non *jure repræsentationis* ad alicujus successionem admitti contendit, ei nullo modo obesse possit incapacitas patris, aut cujuscumque alterius ascendentis; satis enim est, quod in ipso concurrant qualitates a Testatore desideratæ, quamvis eæ in persona sui ascendentis non extiterint.

4 (*Ad* §. 1., 2. *advers. appen.*) Hanc metipsam distinctionem inter vocationem quæ alicui personæ *jure proprio* inhæret, & eam quæ *a jure repræsentationis* procedit firmat Castill., ex adverso citat. *de Conject. ultim. volunt. cap.* 15. *num.* 70. = ibi = *tertio respondetur præfatas regulas, & doctrinas, scilicet quod exclusa una persona, vel succedere prohibita, & ejus descendentes exclusi, aut prohibiti censeantur, tunc demum procedere quando filii aut descendentes ad successionem venirent ex persona patris, vel matris per* repræ-

(1) *Vide supra pag.* 147. *num.* 120. & *sequent.*

repræsentationem, & tamquam subingredientes eorum locum, & gradum ipsosq. repræsentando; secus tamen quando venirent ad successionem ex persona eorum, & jure proprio uti existentes proximiores in gradu, ut in casu præsenti, quo certum est filias prædictas ex persona earum, & jure proprio vocationis, & substitutionis non vero per repræsentationem patris sui ad successionem venire, & sic non consideratur medium, a quo procedunt, nec impediuntur ex inhabilitate.

5 Prosequitur idem auctor *num.* 73., quod *quando agitur de successione ex testamento, & materia fideicommissaria* (sunt ejus verba) *non est absurdum, quod vivo patre admittantur filii, qui post eum vocati sunt, & sic succedentes ex persona propria, ET IN QUIBUS CESSAT RATIO OB QUAM PATER FUIT EXCLUSUS.*

6 In nostro casu per conditionalem prægnantem negativam, *& ubi nulli reperirentur agnati masculi* omnes agnati vocati intelligi debent (1) iique donec existant prælative admittendi sunt in concursu descendentium ex fœminis.

7 Atqui descendentes a legitimato agnationem, & familiæ jura conservant (2) ergo juxta præmissam distinctionem legitimus ex legitimato descendens, tamquam ille qui ex propria persona, & ex proprio jure succedere contendit in fideicommisso Agnatitio, de quo agitur, neutiquam excludi potest.

8 (*Ad* §. 3.) Eædem militant rationes pro exclusione masculi ex fœmina, quæ militant pro exclusione legitimi ex illegitimo, (3) ergo valet paritatis argumentum a nobis inductum.

9 (*Ad* §. 4.) Spada *Cons.* 302. *tom.* 3. defendit admissionem legitimi ex illegitimo, quando juxta nostram distinctionem hic veniat *ex persona sua propria, in qua concurrit, ista qualitas legitimitatis ex legitimo matrimonio, quo casu nihil nocet inhabilitas antecessorum suorum*: & num. 8. ait = *in hac ergo substitutione non substituuntur descendentes ab uno, vel ab alio; sed nulla habita ratione descendentiæ substituitur proximior, seu proximiores* & num. 9. prosequitur admitti *legitimum ex illegitimo quando secundum usum & consuetudinem vocantur de agnatione.*

10 Quod attinet auctoritatem Marescot. adversantes remittimus ad nov. Alleg. superius impressas pag. 148. num. 126. in fin.

11 Actolin. *resolut.* 61. *num.* 33. sic loquitur *at res aliter se habet in successione testamentaria loquente de illegitimis, & naturalibus & præsertim positis IN CONDITIONE NEGATIVA PER VERBA UNIVERSALIA* (pro ut sunt verba illa nostri Testatoris, *ET UBI NULLI REPERIRENTUR AGNATI*) *intrant enim tunc, quæ supra dicebantur, quod scilicet non attenditur inhabilitas personæ, ex qua quis procedit, sed propria consideratur, & eo magis, quia tali casu non agitur de successione filiorum, sed de exclusione substituti, quæ est favorabilis, & pro qua fit omnis interpretatio, prout in his suis terminis deducit &c.*

(Ad

(1) *Supra pag.* 49. *num.* 90.
(2) *Supra pag.* 48. *num.* 85. *& pag.* 49. *num.* 93.
(3) *Supra pag.* 178. *num.* 32. *& seqq.*

12 (*Ad* §. 5.) Palma *decis.* 181. non facit ad rem; loquitur enim de casu, in quo vocata erat *linea masculina ex legitimo matrimonio*; ut videre est apud eundem Palm. *decis.* 467. (1)

13 (*Ad* §. 6. *&* 7.) Vidimus supra Castil. cum thesi nostra convenire, nihil autem contrarium facit, quod idem Auctor ait *sub eod. cap.* 15. *num.* 76. *lib.* 3. ibi enim limitationem applicat casui tantum, in quo fœmina omnino, & per modum regulæ exclusa esset; tunc enim sustinet ad successionem non admitti ab ea descendentes.

14 (*Ad* §. 8.) Gratis asserunt Adversantes nihil ad rem facere Doctores a nobis relatos; omnimode enim, & ad unguem firmant opinionem a nobis superius constabilitam.

15 (*Ad* §. 9.) Non obstant textus in *L. si viva Mater C. de bon. matern. L. fin. Cod. de natural. lib. Novell.* 118. *cap.* 3. *versic. & ex diverso*; ii enim, ut jam observatum est, (2) de intestata tantum successione loquuntur, non de fideicommissaria ex testamento.

16 Minus obstant Doctores hoc loco allegati. Torr. enim *variar. quæst. tom.* 2. *tit.* 8. *quæst.* 5. casum distinguit, in quo, quis contendat succedere tamquam vocatus sub nomine *lineæ*, *& descendentiæ legitimæ*, ut videre est *num.* 11. *ejusdem quæst.*

17 Idem Torr. in *tit. de Majorat.* ex adverso citatus *part.* 1. *cap.* 28. postquam a *num.* 116. *ad num.* 120. rationes dubitandi cumulavit, affirmat tandem sub *num.* 121. *incapacitatem Patris* (sunt ipsiusmet Auctoris verba) *filiis nequaquam præjudicare, quando filius non venit tamquam descendens a Patre, sed ex propria vocatione, & ex propria persona, in qua non reperiatur incapacitas, quæ in Patre fuerat* = quam opinionem communiorem asserit, & iterum firmat sub *num.* 114. *&* 118.

18 Carena *resol.* 213. ponderat quæstionem, an Nepotes ex Filio legitimato succedere potuissent in Fideicommisso, ad quod vocati erant, & in conditione positi *filii, & descendentes nati, & procreati ex legitimo matrimonio*, quod nihil commune habet cum casu, de quo nos agimus.

19 Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt* 79. *n.* 20. nil facit ad rem. Idem vero in *cons.* 172. agit quæstionem Masculi ex fœmina in ibi descriptis peculiaribus circumstantiis, non vero illam *legitimi ex illegitimo*.

20 Rot. Rom. *part.* 9. *decis.* 214. loquitur de fideicommisso, ad quod contendebat succedere filius legitimati cum clausula *sine præjudicio vocatorum*, ut videre est sub *num.* 5., quæ clausula non fuit expressa in legitimatione anni 1561. (3), cui nullum illatum est præjudicium a legitimatione Regia anni 1565., prout decisum fuit ex Sentencia Senatus anni 1696. (4). Præterea,

P quod

(1) *Supra pag.* 176. *num.* 26.
(2) *Supra in Appendic. pag.* 172 *num.* 7. *& seqq.*
(3) *Supra in facti serie pag.* 94. *num.* 91.
(4) *Supra in serie facti pag.* 88. *num.* 40.

quod magis urget, ad illud fideicommissum erant non solum vocati, sed etiam in conditione positi ii, qui nati, & procreati essent ex legitimo matrimonio.

21 Mantiss. *ad* De Luc. *de fideicom. decis.* 85. *n.* 3. nihil prorsus habet, quod ad rem faciat.

22 Redenasc. *cons.* 84. loquitur de eodem casu, in quo scripsit Carena *resolut. supra notata*; eadem ergo viget responsio.

23 Fusar. *de substit. quæst.* 408. *n.* 78. abstracte firmat conclusionem, quod filii legitimi ex legitimato admittendi non sint ad exclusionem substituti, sed eandem limitat sub *num.* 75. = *Quando nulli extarent legitimi & naturales, & ex legitimo matrimonio nati & procreati.*

24 Intrigliol. *de substit. Cent.* 3. *quæst.* 65. asserit equidem sub *num.* 44. quod filii legitimi ipsius legitimati admitti non debeant, sed hoc affirmat dependenter a limitatione posita sub *n.* 42. quando scilicet testator dixisset, *& si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus, legitime natis & ex legitimo matrimonio.*

25 Cæterum independenter ab hac tam prægnanti clausula idem Auctor *num.* 1. citatæ quæstionis inquit. *Quod legitimatus facit deficere conditionem si sine filiis legitimis & naturalibus decesserit ita ut* (prosequitur *sub num.* 4.) *talis legitimatus dicatur excludere substitutum ex voluntate testatoris* = quod *sub num.* 10. vult procedere etiam si non fuisset naturalis, sed Spurius = pariterque *num.* 29. si legitimatus fuisset *specialiter restitutus ad nobilitatem, honores & dignitates* = rursus quando ita legitimatus est, *ut in omnibus, & per omnia habeatur, ac si esset natus ex vero, & legitimo matrimonio, quia tunc non obstante, quod testator fuerit nobilitate, & dignitate ornatus, talis legitimatus excluderet substitutum,* ut videre est *sub num.* 34. pluribus in hanc opinionem adductis DD. = & demum *num.* 41. *quando testator usus fuisset verbis generalibus,* ut in casu nostro verificatur per amplissimam conditionalem *& ubi nulli reperirentur Agnati.*

26 De Comitibus ex Adverso citat. *decis. Florent.* 112. *num.* 59. nihil ad rem habet; loquitur enim de cambiis.

27 Roxas *de incompatibil. part.* 1. *Cap.* 6. hæc subdit *n.* 82. = *Ab hinc descendit tertia limitatio ad succedendum in Majoratu agnationis quando non supersunt agnati, sed fœminæ legitimæ, & naturales; tunc agnatus naturalis, attamen legitimus per rescriptum Principis præferri debet in exclusionem fœminæ, tamquam agnatus de linea & familia, pro conservanda Testatoris Agnatione.*

28 Spada in *Cons.* 24. loquitur de casu, in quo testator usus erat vocabulo *lineæ*, ut patet ex *num.* 5., & in *Cons.* 302. *num.* 6. mirifice thesi nostræ adstipulatur.

29 Mantica *de conjectur. lib.* 11. *tit.* 12. innititur exemplo emphitheusis ecclesiastica, in qua legitimus ex illegitimo non admittitur; id quod contra Regionis nostræ morem est pro Emphitheusi, & feudis Ecclesiasticis, sicuti constitutum est in concor-

dia

dia jurisdictionali diei 2. Junii 1613. inter Ordines Excellmi Senatus impressa pag. 212.

30 Præterea *Mantica* limitat prædictam thesim, quando subsequta sit legitimatio, & hæc Testatoris voluntati non repugnet; ut apparet ex §. *final.*

31 Castald. *Consult.* 199. loquitur de casu, in quo, tam in parte dispositiva, quam in parte conditionali, facta fuisset mentio *descendentiæ legitimæ ex legitimo matrimonio natæ, & procreatæ*; quod in nostro casu non verificatur.

32 Gabriel. *com. Concl.* 3. *num.* 18. nihil ad quæstionem habet.

33 Castil. *lib.* 5. *cap.* 103. *de conject. ult. vol.*, & ipse loquitur de casu, in quo vocata sit *descendentia legitima*.

34 Rota coram Ansald. post Constant. *decis.* 124. ponit casum in quo filius legitimus descendebat a filio adulterino; & ait, hanc præcipuam fuisse decidendi rationem contra legitimum ex illegitimo

35 Faber. in *cod. lib.* 9. *tit.* 29. *def.* 20. *in not. n.* 12. nihil habet quod ad rem faciat.

36 Cotta *memorab.* §. *Bastardi non succedunt* loquitur de successionibus, quæ ab intestato deferuntur; & postea subdit = *tamen apud nos uno casu bastardus, sive alter illegitimus dicitur agnatus quia potest præstare consensum mulieri contrahenti, stante statuto, quod in contractibus mulierum interveniat consensus Agnati*; *maxime quia alio statuto sub rubrica de succession. ab intest. cavetur, quod agnati intelligantur esse qui eodem nomine parentelæ nuncupantur*: *unde forte apud nos possemus ex istis statutis inferre, quod bastardi dicantur Agnati, ex quo eodem nomine parentelæ secundum communem usum nuncupantur, & ut Statutum aliquid operetur per ea, quæ scripsi supra in verb. qualiscumque*; *& pro ista illatione faciunt, quæ in simili quæstione tradit Corneus cons.* 169. *incip. in hac consult. colum. ult. lib.* 3., *ubi consuluit bastardos compræhendi in dispositione loquente in illis de Casato &c.*

37 Auctoritates ergo ex adverso deductæ, aut nihil ad rem spectant, aut applicabiles non sunt speciei, de qua in hodierno quæstionis themate agitur; aut omnimodo contra opponentes retorquentur.

38 Ast procedamus insistendo semper vestigiis supra memorati scripti.

39 (*Ad* §. 10. 11. 12. 13., *&* 14.) Respondemus illegitimitatem proprie non esse vitium ex parte rei, sed vitium tantum ab lege proveniens, quod legitimationis remedio tollitur omnino, tamquam si numquam extitisset (1).

40 (*Ad* §. 15., *&* 16.) Hic Adversantes denuo remittimus ad jam deducta in *Nov. Alleg. pag.* 142. *num.* 87.

41 (*Ad* §. 17.) Jam demonstratum est (2) clausulam *ordine quo supra* non inducere qualitatum repetitionem, sed unice restringi ad ordinem, & modum succedendi.

42 (*Ad* §. 18.) Vocabulum *agnatum meum* personale est: alioquin si plu-

(1) *Supra in animadver. pag.* 163. *num.* 15.
(2) *Supra in Nov. Alleg. pag.* 144. *num.* 101.

plures complecteretur personas naturæ primogenii repugnaret.

43 (*A* §. 19. ad 22.) Satis jam factum (1) ad id quod ibidem opponitur: non est ergo cur hic immoremur.

44 (*Ad* §. 23.) Verum non est decus, & familiæ honestatem non servari per legitimatos eorumque descendentes, ut jam firmavimus (2): signanter ex more regionis, & hujusce Mediolanensis Dominii in quo notum est naturales, & fortius ipsorum filios pro Nobilibus haberi, & ad Decurionatus honorem fungendum admitti. Quid ergo dicendum erit de legitimato etiam ad honores macula Natalium omnino sublata, itaut per idem rescriptum habendus esset, ac si de legitimo matrimonio natus, & procreatus fuisset?

45 (*Ad* §. 24.) In *Nov. Alleg.* pro Trivultiis supra impressis *pag.* 147. *num.* 121., *&* *seqq.*, & in appendice *pag.* 175. *n.* 22. 23. plurimi, & ad exuberantiam extant cumulati Doctores loquentes omnes de majoratibus Italiæ, & semper in casu in quo expressa sit legitimitatis qualitas; unde non subsistit, quod ab adversantibus asseritur, in Majoratibus scilicet Hispanicis tantum admittendam esse subsidiariam illegitimorum vocationem, aut tunc tantum quando vocati sunt descendentes, absque adjuncto legitimæ procreationis: *Mans.* a nobis adductus in *consult.* 297. expresse agit de casu, in quo posita erat in conditione linea masculina ex legitimo matrimonio descendens, ut videre est apud *Palm.* *decis.* 467. *in princ.* pro eadem causa producta.

46 (*Ad* §. 26.) Verbum *meum* illud tantum importat quod succedere contendens sit testatoris agnatus.

47 (*Ad* §. 27.) Paschal. contrarium sentit etiam in legitimatione limitata ad effectum successionis, quando adsit clausula ut legitimatus natalibus restituatur (3): extant ejusdem auctoris verba supra relata pag. 216. num. 12.

48 (*Ad* §. 29.) Frustranea est distinctio sub hoc num. adducta an scilicet qui vult ad successionem admitti ex persona propria sit descendens, an vero transversalis, itaut in hac secunda hypothesi nonnisi ex persona patris eam repræsentando succedere possit, etenim Doctores a nobis adducti indistincte de transversalibus loquuntur, cum eadem & in iis militet ratio.

49 (*Ad* §. 30. *&* 31.) In Causa Casata exclusi ex littera erant etiam legitimati per subsequens matrimonium; unde quæcumque fuisset vis talis legitimationis debuissent descendentes ab legitimato haberi tamquam provenientes a radice infecta secundum testatoris mentem.

50 (*Ad* §. 32. *&* 33.) Manet semper quod nos ex decisione prædictæ Causæ Casatæ argumentando deduximus.

Ad

(1) *Supra in Nov. Alleg. pag.* 152. *num.* 153. *&* *seqq.*
(2) *Supra append. pag.* 177. *num.* 27.
(3) *Supra in animadvers. pag.* 162. *num.* 9.

51 (*A* §. 34. *usq.* ad 37.) In fideicommisso Gasparis per modum regulæ exclusi erant illegitimi, ut animadversum est (1) id vero in hodierna quæstione prorsus non verificatur.

52 (*Ad* §. 38. *usq.* ad 41.) Respondemus quod si jus naturale attendatur, illegitimus in omnibus & per omnia legitimo æqualis est; non enim diversitas alia nec aliud vitium in eo reperitur, quam quod a suprema Principis lege inductum est: hoc ergo sublato media Principis legitimatione priori legi derogante, patet omnem pariter diversitatis rationem sublatam remanere.

53 (*Ad* §. 42., *&* 43.) Vana est responsio quæ hic ab adversantibus adducitur; stat enim contra eos vulgatum dicterium *ubi eadem est ratio, ibi eadem procedit juris dispositio*. Si ergo Pater prohibetur relinquere filio spurio, non vero Nepoti, qui, ut adversantium verbis utamur, *palmes est radicis infectæ*, fortius admittendus erit legitimatus ad successionem fideicommissi in quo indistincte vocati sunt omnes agnati; cum in legitimati filio concurrant qualitates a testatore desideratæ *agnati, & legitimi*.

54 (*Ad* §. 44.) Distinctio adducta inter verba civilia & naturalia, nihil concludere potest contra legitimum ex plene legitimato, cum probatum sit tolli per legitimationem omnem defectum civilem contra illegitimum constitutum. (2).

55 (*Ad* §. 45.) Qualitas legitimitatis a testatore nostro requisita, linealis certe non est; immo neque expressa in substitutionum progressu.

56 (*Ad* §. 46.) Quod ibi asseritur supponit id quod in quæstione est; an scilicet legitimus ex illegitimo, fortius ex plene legitimato, admitti debeat nec ne ad successionem. Adversarium ergo remittimus ad plenissime deducta *in Nov. Alleg. & Animadver. suprascriptis*.

57 (*Ad* §. 47.) Auctoritati Castill. satis jam factum supra; quod vero attinet ad cæteras Doctorum auctoritates a nobis allatas omnes loquuntur in casu præciso legitimi ex illegitimo; unde nihil est quod contra eas opponi possit.

58 (*Ad* §. 48.) Nulla differentia intercedit inter verba *succeda quello della Casa Trotti*, & verba = *& ubi nulli reperirentur Agnati*. Ad hoc enim ut quis esset *della Casa Trotti* necessario in agnatione ejusdem familiæ reperiri debebat; alioquin non amplius *della Casa Trotti* sed cujuscumque alterius familiæ fuisset.

59 (*Ad* §. 49.) Ex eo, quod Testator legitimitatem voluerit non consequitur, quod legitimus ex illegitimo excludendus sit. Quid ergo dicendum in casu nostro in quo testator legitimitatem quidem voluit in primo-vocatis sed eam in ulterioribus descendentibus non expressit? quid dicendum ubi testator sæpedicta nega-

(1) *Supra in nov. alleg. pag.* 153. *num.* 153.

(2) *Supra pag.* 31. *num.* 125. *& seqq.*

negativa conditionali usus est, *& ubi nulli reperirentur agnati?*

60 (*Ad* §. 50.) Doctores a nobis allegati loquuntur de more Italiæ & etiam Mediolanensis dominii in quo, naturales familiarum decus fulcire unicuique notum est, & descendentes ab eis nobilitatis existimatione non fraudari.

61 (*Ad* 51. 52.) Testamentorum verba secundum naturalem, & communem loquendi usum sunt accipienda, alioquin periculum erit ne testatori id dictum tribuatur, quod numquam cogitavit.

62 (*Ad* §. 53.) Objicitur ex adverso, Auctores a nobis citatos neque per somnium asserere naturales esse agnatos, aut in dispositione agnatos vocante ipsos contineri; lucem ergo tenebris opponamus.

63 Carena *resolut.* 103. *sub n.* 10. = ibi *respondetur secundo naturales esse de sanguine, de domo, agnatione, & familia Patris, saltem de jure naturali.* Quod idem auctor asserit præcisive a legitimatione. Quid ergo si naturalis legitimatus sit natalium macula penitus sublata?

64 Fusar. *de substit. quæst.* 361. *num.* 26. = ibi = *Si tamen ex consuetudine concederetur naturalibus, & illegitime natis ferre arma, & insignia familiæ DICERENTUR DE DOMO.*

65 Menoch. *de præsumpt. præsumpt.* 88. Postquam dixit *num.* 13. illegitimos dici non posse de domo quando familiæ paternæ insignia deferre prohibentur, subdit *n.* 14. = *hoc tamen Locum non habet quando usus ipse communis admittit, quod ii illegitime nati ferre possint insignia domus, & familiæ, ejusque nobilitatis commoda retinere.*

66 Marta *de success. legal. part.* 4. *quæst.* 21. *tit.* 5. *num.* 11. = ibi = *& primus casus sit, filii naturales veniunt appellatione familiæ in fideicommisso ipsi relicto.*

67 Bald. *Cons.* 441 = ibi = *Secundum communem usum loquendi Spurii dicuntur de Casata, & vulgus ita denominat eos; ergo considerato vulgari sensu, qui omni strictæ significationi derogat, Spurii dicuntur de Domo.*

68 Calvin. *de æquitate c.* 262. *num.* 67. *lib.* 3. = ibi = *In Italia vero ex communi usu, & consuetudine naturales & Spurii dicuntur & reputantur de familia*: reputari autem de familia idem importat, ac si dixisset tanquam agnatum considerari.

69 Cotta videndus *supra pag.* 223. *num.* 36. ad quem lectorem remittimus.

70 (*Ad* § 54., & 55.) Cum Naturales ex supra citato Regio diplomate nobiles habendi sint, jam procul dubio cessare debet dubitatio, eos testatorem ita odio habuisse, ut vellet eos excludi a primogenio agnatitio, ad quod admittendi forent extranei.

71 (*Ad* §. 56. 57. & 58.) Jam Senatus Consulto decisum standum esse legitimationi anni 1561. (1) ergo nihil obstant reservationes in secunda legitimatione appositæ.

(*Ad*

(1) *Supra in Serie Facti.*

72 (*Ad* §. 59.) Si illegitimi nobiles sunt (1) jam textus *L. ex facto* §. *si quis rogat ff. ad Trebell.* contra Adversantes retorqueri poterit.

73 Quod attinet objectum ex defectu citationis resultans huic plenissime factum est satis (2).

74 (*Ad* §. 60.) Si admittuntur masculi ex fœmina fortius admitti debent legitimi ex legitimato, ut jam notavimus supra in Appendice a *num.* 32. *ad* 34.

75 (*Ad* §. 61.) Juvat quoque exemplum deductum ex debito alimentorum, quod erga filium naturalem habet Pater.

76 (*Ad* §. 62.) Urget pro admissione illegitimorum ad sæcularia primogenia ratio, quod isti non excludantur ab Jurepatronatus, & Emphitheusi Ecclesiastica, quamvis in cæteris ab Ecclesia odio habeantur illegitimi; fortius vero urget, cum ex hujusce regionis concordia jurisdictionali admittantur illegitimi ad feuda, & Emphitheusim Ecclesiasticam.

77 (*Ad* §. 63.) Immo *communis, & communissima* Doctorum opinio pugnat pro thesi nostra maxime cum nec probetur, nec probari possit testatorem voluisse legitimitatem *linealem*.

78 (*A* §. 64. *ad* 66.) Filiatio Pauli Alexandri jam comprobata fuit ex S. C. 1. Martii 1680. rursus contra adversantes confirmata anno 1696.

79 Cessat vero asserta sanguinis impuritas sive jus naturale attendatur, natura enim filius naturalis vere procedit a sanguine Patris sui, & vere est filius, erga quem pater omnibus naturalibus præceptis obligatur, sive attendatur jus civile, a quo omnis natalium macula per legitimationem fuit sublata.

80 Auctoritas Politi *de fideicom. dissert.* 69. *num.* 10. ibidem ex adverso adducta nihil contra nos concludere potest; quia in casu tunc controverso agebatur de excludendis filiis naturalibus ex linea collaterali Sororum testatoris; dum testator naturales a se descendentes excluserat: patet hoc ex *num.* 11. supracitatæ dissert.

81 (*Ad* §. 67.) Vidimus hic supra, diversam a nostra speciem in præcitata Politi dissertatione 69. tractatam, ergo nihil contra nos inducendum.

82 Firmissimæ vero stant auctoritates ex eodem auctore a nobis allatæ *sub n.* 49. *ad* 51. *nostræ appendicis* (3) præcipue vero quam trahimus pro mala juris præsumptione resultante ex diuturno DD. Actorum silentio, cui certe non faciunt satis adversantes & quam deduximus, pro repetitione inutili masculinitatis, ubi consulto testator ommisit legitimitatis qualitatem.

83 (*Ad* §. 68., & 69.) Nihil adversantibus suffragare potest auctoritas Polit. *dissert.* 27. *num.* 42., *& dissert.* 37. *num.* 78. quia ibidem agitur de excludendis fœminis a successione ad quam vocata erat *linea masculina* ut *dissert.* 27., vel agitur de

(1) *Vid. supra pag.* 177. *num.* 27.
(2) *Supra pag.* 166. *num.* 85.
(3) *Vid. Supra pag.* 182.

de excludendis fœminis, ubi vocata fuit agnatio expressa qualificative ad masculinitatem, *ut dissert.* 37.

84 (*Ad* §. 70.) Gobbi *in cons.* 9. a nobis adducto (1) quæstionem agit vocationis resultantis a conditionali in qua non erat expressa qualitas *sine filiis legitimis, & naturalibus de legitimo matrimonio procreatis*, & concludebatur pro admissione legitimati: ergo eadem militat ratio in casu nostro: nec quidquam obesse possunt verba ex adverso transcripta hæc enim non tamquam ad indicandam rationem motivam decisionis, sed solum ratione congruentiæ fuisse allata vix intuenti cuique patet.

85 (*Ad* §. 71, & 72.) Quod nos ex Card. de Luca deduximus (2) id non ex facto ab ipso relato inferre intelleximus; sed in rationalem theoricam ab ipso constabilitam fundamenta jecimus.

86 (*Ad* §. 73. & 74.) Dubitatio Emin. De Luca *de fideicommis. disc.* 222. *num.* 2. ex adverso allegata oriebatur potius ex facti circumstantiis quam ex rationum momentis inter quas etiam notabilis illa est, & casu nostro apprime conformis, quæ adducitur *sub num.* 23. *citat. discurs.* = ibi = *ac etiam quod non agebatur de inclusione hujusmodi legitimatorum ad effectum impediendi transitum bonorum in genus diversum, omnino extraneum seu longe magis remotum, ac minus dilectum, sed, ad aliud genus vere legitimum & coequalis conjunctionis sanguinis, ac dilectionis.*

87 Vindicata, ex hucusque dictis sinceritate, & subsistentia auctoritatum, quæ in præcedentibus scriptis allegatæ fuerunt, resolutisque eodem contextu adversariis oppositionibus, eo magis in tuto constitutam credimus optimam, quam fovent Caussam Nob. DD. Marchio & fratres Trivultii, pro quibus ab Excell. Senatu judicandum fore non immerito iterumque speramus, prout ita &c.

P. R.

Joseph Ant.us Martinelli.
Julius Cæsar de la Cruce.
Carolus Antonius Minalla.
Ignatius Vidisertus.
} Advocati.

(1) *Supra pag.* 182. *num.* 53.
(2) *Vidi supra pag.* 183. *num.* 57., & *seq.*

P. R.

NOVISSIMÆ PRECES March., & Fratrum De Trivultiis Legendæ actu relationis Causæ vertentis cum Ill. Fratribus Comitibus De Barbiano De Belgiojoso.

1 Post varios casus, post tot discrimina, cunctationes, & molestias, faustissima tandem aliquando, & expectatissima illuxit dies, quæ, ut speratur, recurrente centesimo anno a die institutæ litis, firmam, & perennem pacem Domui Trivultiæ imposterum restituet.

2 Et sane non dubitant Marchio Don Theodorus Georgius, & Fratres Trivultii fidissimi M. V. Vassalli, quin pertinacissimi conatus, quos exeruit nunc olim Princeps Sigismundus Estensis, quosque hactenus prosequti sunt Ill. Fratres Comites de Belgiojoso in irritum prorsus cedere debeant.

3 Agitur siquidem de Revisionis judicio adversus Sententiam Senatus tam matura ponderatione prolatam, post rem a præstantissimis Advocatis cumulatissime, hinc inde examinatam, atque discussam.

4 Quis igitur credet illummet Senatum ab hujusmodi sententia nunc fore discessurum, dum ea omnia, quæ a modernis Actoribus proferuntur, illa ipsa sunt, quæ summo ingenio, & effuso calamo, a disertissimis Viris, quorum nomina non sine maxima laude hac etiam ætate memorantur, in anteacto judicio opposita fuere.

5 Mirantur autem summopere Supplicantes, quod Ill. Adversantium actuales Patroni de mala defensione causæ suos Prædecessores nihilominus incusare non dubitent, & illorum incuriæ, aut oscitantiæ infaustum causæ exitum adscribere præsumant.

6 Ast injuste nimis in mortuos sæviunt adversarii Patrocinatores, dum ex eorum latere nihil omnino deductum fuit, quod ex præcedentibus scriptis non fuerit mutuatum, excerptum, transcriptum.

7 Ne autem dubitari contingeret id gratis, & ad causæ opportunitatem, vel invidia a Supplicantibus asseri, operæ pretium fuit distribuere AA. PP. seriem thesium, quas in anteacto judicio adversarii Defensores strenue propugnarunt.

8 Cæterum quod ad causæ merita pertingit, non est cur Supplicantes jam dicta repetant; illud unice fas sit iterum animadvertere, dum judicium ad exitum properat, quod non alia esse potest hodiernæ disceptationis inspectio, quam illa, & quidem unica, an, scilicet jure, vel injuria declaratum fuerit a Supremo hoc Excelso Ordine, anno 1697. = *Marchionem Theodorum alias Georgium Trivultium esse ex Agnatis volitis a Com. Joan. Testatore, & ideo ejus favore evenisse casum, ac eidem relaxanda bona . . . non obstantibus deductis ab omnibus partibus* =

9 Hanc siquidem sententiam unice percutit revisionis gratia ex mera Principis indulgentia Illust. olim Principi Sigismundo Estensi elargita.

Qua-

s

10 Quamobrem Ill. Adversante perperam conantur manum apponere aliis rebus in antecessum a Senatu M. V. judicatis.

11 Hoc posito pronum jam est vix nunc inquirendum esse, an recensita sententia anni 1697. obversetur, ut male ex Adverso contenditur, testamentariæ dispositioni nunc olim Comitis Jo. Trivultii resultante ex ejus Testamento diei 17. Junii 1548.

12 Qua quidem in re, prætermissis etiam iis omnibus, quæ & in jure, & in facto pro Supplicantibus, eorumque Auctoribus deducta fuere; unico argumento injustitiam adversarii assumpti ostendi posse non immerito ipsi Supplicantes confidunt.

13 Indubitatum est memoratum Com. Joannem Agnatitium Primigenium pro conservanda, ampliandaque in ævum ejus agnatione constituere intellexisse, neglectis prorsus, & oblivioni datis ipsis Sororibus.

14 Constans pariter est sub universali illa negativa conditionali = *& ubi nulli reperirentur Agnati masculi* = Agnatos quoscumque, etiam remotissimos in conditione positos fuisse, ideoque prælative vocatos in concursu masculorum ex fœminis in Agnatorum defectu postremo substitutis.

15 Atqui Marchio Theodorus alias Georgius Trivultius erat certo certius Agnatus, & quidem tunc temporis unicus superstes Familiæ Trivultiæ a Testatore rem anxie contemplatæ.

16 Ergo evidens est sententiam a Senatu M. V. ut supra prolatam, Testatoris voluntati = litteræ =, & causæ finali dispositionis, de qua est quæstio, apertissime famulari, non autem repugnare, ut ex Adverso abs jure asseritur.

17 Prima pars argumenti ex mundo dispositionis contextu probatissima evincitur.

18 Tuto etiam pede procedit altera pars; quidquid dicant Ill. Adversantes, qui non alia ratione proposito satisfacere queunt suo, quam ad hominem ostendendo (quod impossibile cæteroquin arbitramur) Testatorem nostrum illos tantum Agnatos tam in dispositiva, quam in conditionali negativa admittere voluisse, qui non solum *graduali*, sed *lineali* qualitate legitima præditi essent, illegitimis quibuscumque quamvis legitimatis, ipsorumque legitimis descendentibus, quocumque tempore, & in quocumque casu prorsus rejectis, quandoquidem non satis esset, quod ex adverso probaretur Testatorem *gradualem* seu *personalem* legitimitatis qualitatem in omnibus vocatis, & substitutis, nisi expresse, saltem tacite exoptasse.

19 Nam etiam in hac omnino falsa hypothesi firmo adhuc pede consisterent res a Senatu M. V. ut supra indicatæ; esto quia dictus Marchio Theodorus alias Georgius Trivultius, qui fideicommissum obtinuit erat numeris omnibus legitimus, & de legitimo matrimonio natus, & procreatus.

20 Diximus *impossibile* esse, quod ex adverso ostendi possit Com. Jo. legitimitatis qualitatem, & in *persona*, & in *linea* requirere voluisse; Hoc siquidem menifestissime emergit, tum ex littera ob-

dispositionis, tum ex causa objectiva, seu finali, quae Testatorem ad ita disponendum adduxit.

21 Ex *littera*, quia Testator personalem quidem legitimitatem in ingressu substitutionum desideravit, in progressu vero, neque quoad personam, & gradum de legitimitate verbum fecit. Quis igitur unquam crediderit prædictum Testatorem qualitatem hanc non solum in quolibet *gradu*, sed etiam in qualibet parte *lineæ* exigere voluisse?

22 Ex *causa finali*, quia dum Testator sibi proposuit consulere perenni agnationis conservationi, sibi metipsi apertissime contradixisse dicendum esset, si juxta adversantium sensum legitimatos, & eorum legitimos descendentes, per quos optime conservari potest Agnatio, excludere intellexisset.

23 Illud etiam accedit, quod si testator in postremo præconcepto casu absolutæ deficientiæ Agnatorum, fictitio modo Agnationis memoriam instaurare voluit; substituto ad hoc opus primogenito Agnatæ proximioris cum onere assumendi nomen, & insignia extinctæ familiæ Trivultiæ, eo magis dicendum est simpliciter naturales, fortius si legitimati, & indubitanter illorum legitimos descendentes prædiligere intellexisse, tamquam ii per quos Agnatio non ficte, & immaginarie, sed naturaliter, & proprie conservari poterat.

24 Secus autem illud consequeretur absurdum, quod qualitas Agnatitia, quam primario, summisque votis præ oculis habuit Testator locum cedere deberet subalternæ legitimitatis prærogativæ, quam Testator vix in substitutionum ingressu desideravit, non autem in progressu, de qua nullam mentionem fecit in prædicta universali negativa conditionali, quamvis ibi superfluum *masculinitatis* prædicatum adjectum legatur.

25 Videt igitur M. V. litteram dispositionis = conjecturas etiam =, & objectum quod sibi proposuit Testator noster apertissime obversari adversario assumpto.

26 Videt etiam, quod ubi ex adverso evidentissimis probationibus non ostendatur prædictum Testatorem legitimatos, eorumque legitimam posteritatem penitus abhoruisse, succumbentiam in hoc judicio evitare profecto nequeunt Adversantes; etiamsi res in ancipiti versaretur, omnia siquidem in hoc casu clamarent jura

27 Pro sententia a Supremo Tribunali prolata.

28 Pro illis, qui nomen, decus memoriam familiæ Trivultiæ cumulatissime conservant, illamque in ævum juxta enixum Testatoris desiderium protrahere sperant.

29 Videt demum non sine inadvertentia ex adversantium Patronorum calamo excidisse illa verba = *si quæ ex memoratis adversariis oppositionibus forte aliquem plausum mereri posset ab iis, qui vel a limine tantum jurisprudentiam salutarunt, vel de anteactorum judiciorum meritis, de quibus sententiæ prolatæ fuerunt, non satis edocti sunt, vel animo nimis addicti sunt Marchionibus Adversantibus, nulla certe dictarum oppositionum accepta esse poterit apud Sapien-*

pientissimos hujus Supremi Ordinis Judices = quasi quod tum antiqui Trivultiorum defensores, tum etiam Sapientissimi Patres conscripti, qui anno 1697. favore Marchionis Trivultii sententiam tulerunt, *legum imperiti* = *rerum secutarum ignari* =, *& nimio studio addicti* Domui Trivultiæ dicendi sint; absit autem quod Supplicantes injuriosa dicta injuriis rependere velint, quod honestos homines profecto non decet.

30 Plura addere possent Supplicantes, quoad vocationem Ill. olim Principis Estensis, quæ tamen omnia consulto ommittunt, cum ad hodiernam inspectionem minime pertineant.

31 Opponunt Illustres Adversantes, quod olim Comes Paulus Alexander non potuisset succedere Com. Joanni Jacobo ejus Patri ab intestato, ideoque inapplicabiles esse doctrinas a Supplicantibus allegatas loquentes de casu, quo filius fuerit legitimatus sub ea lege, ut nimirum Patri non possit succedere, nisi in eo, quod Filio reliquerit.

32 Nemo tamen non videt eundem prorsus esse utrumque casum, cum paria omnino hæc duo sint non posse scilicet Patri succedere, nisi in eo, quod ei placuerit, & non posse ei succedere ab intestato; quamobrem rite, & commode fluunt doctrinæ omnes allegatæ in Animadversionibus *a num. 6. ad* 12.

33 Stant igitur deducta a Supplicantibus, nullum facessente negotium, quod filius impos succedendi Patri ab intestato succedere pariformiter transversalibus neutiquam possit. Hoc enim locum obtinet in successione ab intestato, ubi non consenserint ii, de quorum successione agi contingat; sed minime in altera successione testamentaria. Etenim in hac alia hypothesi urget contra Ill. Adversantes illud idem argumentum, quod nempe, quemadmodum Com. Paulus Alexander succedere poterat Patri ex Testamento, ita etiam transversalibus.

34 In tanta itaque rei evidentia, in constantissimam spem magis magisque eriguntur Supplicantes, quod ab infallibili M. V. Oraculo non solum confirmabitur nullo jure ex adverso incusata sententia diei 28. Junii 1697., sed etiam M. V. non sinet impunem abire sumptuosam molestiam tot annorum curriculo Domui Trivultiæ illatam; damnatis proinde Ill. Adversantibus in omnibus expensis, & honorario, prout natura postulat, & indoles judicii revisionis; & prout etiam iidem Supplicantes a vindice & incorrupta hujus Supremi Ordinis justitia

Humiliter comprecantur, & sperant &c.

Refe-

Joseph Antonius Martinelli. Julius Cæsar De la Cruce. Carolus Antonius Minalla. Ignatius Vidisertus.	Advocati.

MDCCLXXVIII. XXVI. Junii.

REferente Magnifico BIONDI Causam in judicio Revisionis vertentem inter ILLUSTREM PRINCIPEM DON ANTONIUM DE BARBIANO DE BELGIOJOSIO modis ut in actis ex una, & MARCHIONEM DON THEODORUM GEORGIUM, DON JOANNEM JACOBUM, & DON HIERONYMUM FRATRES DE TRIVULTIIS ex altera parte.

Censuit Senatus persistendum in decisis per Senatum sub die 28. Junii anni 1697., ideoque absolvendos Marchionem THEODORUM GEORGIUM, & FRATRES DE TRIVULTIIS a petitis per Illustrem Principem Don ANTONIUM DE BARBIANO DE BELGIOJOSIO modis ut in actis, non obstantibus deductis.

Salarium seu &c. pro medietate.

ILL.mus BIONDI.

EXCELL.mus PRÆSES.

Num. Paginæ.	*Num. Paragraphi.*	*Num. lineæ §.*	*Errata*	*Corrige*
pag. 9.	Num. 35.	Num. 3.	auctore	auctoris
10.	38.	1.	agnoſcatur	agnaſcatur
ead.	eod.	3.	agnoſcatur	agnaſcatur
11.	45.	3.	illegitimatis	illegitimitatis
14.	55.	7.	*De dict. Dict.*	*de Dict.*
15.	60.	6.	*addens*	*addent.*
20.	13.	3.	poſſent	poſſunt
25.	53.	6.	Legitimitati	Legitimati
25.	53.	10.	mudernus	modernus
29.	100.	3.	igitur	agitur
66.	7.	5.	Vienna ,	Vienna)
68.	16.	5.	poiche	Poichè
82.	58.	2.	interpolate)	interpoſte
83.	61.	2,	(fare	fare (
84.	2.	1.	ædito	edito
91.	61.	2.	æditione	editione
91.	62.	1.	ædendam	edendam
95.	92.	9.	pænitus	penitus
97.	112.	4.	nundum	nondum
98.	113.	5.	utcunque	utcumque
99.	124.	1.	quia diſparatis	quia a diſparatis
100.	129.	22.	remanſerit	remanſerint
100.	129.	29.	in faciem	in facie
100.	133.		= reliquo	relinquo
101.	139.	5.	tanquam	tamquam
103.	147.	8.	quo	quod
110.	31.	4.	Confarcinatio	Conſarcinatio
127.	136.	8	ex legitimitatis	ex legitimatis
128.	143.	1.	erant	errant
130		11.	Comitis	Comitibus
133.	23.	4.	decernendnum	decernendum
133.	25.	8.	tuendu	tuendo
139.	74.	3.	ſubſtitutione	ſubſtitutioni
142.	90.	2.	primogeniti	primogenii
153.	154.	8.	obſervari	obverſari
158.	193.	2.	Sententia	Sententiæ
164.	15.	19.	Imperio	Imperii
165.	18.	8.	Hac	Hanc
171.	7.	6.	*ſpecibus*	*ſpeciebus*
184.	38.	10.	admiſis	admiſit
206.	22.	1.	quo	quod
209.	39.	3.	admittit	admitti
211.	49.	2.	legitimitati	legitimati
211.	50.	1.	legitimatati	legitimati
222.	29.	2.	Eccleſiaſtica	Ecleſiaſticæ

TRI

Renat

Franc

Ren

Luc

ota Com. Alo

nymus
Meltii

Collectanea Rerum pro Trivultiis Scriptarum

Mediolanum 1778

2 Ded. 105
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10323298-5